spectant atque eadem ex Chirurgos et monendos
Sermones actiones fuit de supplicationibus.

notandum inprimis

Die Jovis 14 Julij litigantes in senatu
advocatus Ambrosij pare. Medicinae facultas
postulabat a Senatu ut libri Ambrosij pare
nomine in lucem emissi a Doctoribus medicinae
sub ipsa facultate sociatis iuxta arrestum 2 maij
1535 latum examinentur priusquam venales
proponerentur.
Chirurgi idem petebant in his quae ad Chirurgiam
pertinent.
Praefectus urbis et Grabini reipub. nomine libros
Ambrosij pare comburendos esse contendebant
quod multa impudica contra rempublicam
et contra bonos mores continerent

Andreas Malesius Chirurgus multa quae in libru...
pace inserta erant sua esse dicebat quae ve...
a plagiario repetebat.

Eandem sententiam omnibus responsis, curiae 12 Mai...
1539 lata, confirmatam fuit, et retrovers...
in consilio retenta, Gallice ~~appointe au conseil~~
appointe au conseill.

D. Varadeus Contra facultatem

Die Mercurii 17 Augusti convocati facult...
per schedulam ut deliberarent super lite cum Dn...
Varadeo contra facultatem deducta incepta, qu...
facultatis statuta et leges infringere et
violare conabatur. Conclusum fuit
omnium suffragiis pro nostris statutis, tanquam
pro aris ~~et~~ esse pugnandum, eaque consult...
et consilio nostri patroni esse peragenda. nom...
existimabant implorandum esse Academiae auxili...

Chasselin advocat.

Dni Rochon et le Conte (qui illi hoc negoti...
alias tractaverant) rogati et delecti fuerunt
qui Decanum comitarentur ad eosdem Dn...
Chamoly nostri patroni ut illi nostras rationes
copiose exponerent. Chamoly vero
consulit Academiae auxilium implorare, interi...
omnes nostras rationes scripto redigere
petebatur, idque brevi. Statimque promissis

Comitia et supplicationes Academiae.

Die Dominico 12 Decembris commorata Academia apud Mathurinos, Dnus Rector demisse prolixam habuit orationem in Jesuitas, et coram auditores volebat eis persuadere ea Academiae mala ab ipsis promanare Jesuitis.
Placuit omnibus ordinibus negotium ad selectos viros remittere.
Animose hac oratione finita factus est processus Rectoris supplicatorius ordinarius ad sacrosanctum Regii palatii Sacellum.

Die martis 28 Novembris Dnus Rector de Cuilly Bartholomaeus Theologus commorante ad se in collegio Sorbonico viros selectos, eorum sententiam rogavit super tribus articulis quorum primus erat de sufficiendo aliquem in locum Demisse in litem adversus Jesuitas. Secundus de porrigendo libello supplici Senatui pro confirmandis ~~lebr~~ legibus et statutis Universitatis. Tertius de audiendo Dno de la Corde.
Statutum fuit ut Bidellus maior nationis picardiae sufficeretur in locum Demisse, iussuque Rectoris item supplicem libellum senatui et porrigendum.
Et Dnum de la Corde a medicorum facultate apud Senatum accusatum, esse recipiendum, sine tamen Academiae praeiudicio

Die Martis 4 Januarii 1575 comitia selectorum habita sunt in aedibus Dni Rectoris De Cuilli in collegio Sorbonico super tribus capitibus.

Primum erat de eligendis viris aliquot qui adirent
Dominum de Chatiere vicarium Illustrissimi et Reverendissimi
Cardinalis de Borbonio qui ipsum supplices rogarent
ut vellet Academiam iuvare adversus eos qui volebant
clericam per gratiam electionum ducere.
Secundum erat de negotio Domini de la Corde et
eius sociis. Tertium vero de supplicationibus.
Statutum primo fuit ut Decanus sacratissimae facult.
Theologiae, Dominus Suggerius Doctor Canonicus
Dominus Stuart procurator Germaniae nationis —
procurabant et ego Steph. Gourmelen facultatis
medicinae Decanus, Dominum de Chatiere convenirent.
Secundo visum fuit Dominum de la Corde ad proxima
comitia generalia, esse a Domino Rectore vocandum
et eo presente sententia quae a Senatu obtinuit
esse publice legenda. Legendam quoque esse eiusdem
eiusdem fidei professionem et confessionem quam alias
in aedibus Domini Rectoris subsignaverat.
Tertio, nec supplicationem qui favorem et authoritatem
Academiae adversus quosdam e nostris petiverant
sumerent modo id nec facultatis opposita fiat.
Die 21 Januarij 1575 comitia Universitatis
generalia habita sunt in aede Maturinorum super
aperiendo rotulo sive catalogo nominandorum et
supplicationibus. Ubi Dominus Vigner procurator
fiscalis Academiae supplicavit ut post hac Domi[ni]
et procuratores quoties solitorum comitia
haberentur praemonito aliquo invitarentur, qui
raro etiam vocati veniunt.
Actum etiam fuit de capitulo Maturinorum ubi
Academiae comitia haberi solent multis impedimentis
occupato, et moniti illius familiae monachi ut deinceps
quid super ea re respondere velint.

In iisdem comitiis Dnus de la Corde significavit Rectori et Universitati et honorandus Curiae se quidem velle in iis quae ad Academiae negotia pertinent, eius — Academiae favere, caeterum ad omnes contestationes sive repetitiones ad ipsam Academiam non spectare ob id ... ipsius Academiae iudicium et censuram se subire nolle, cum id ... decreto actum sit

Die veneris 4 februarii indicta fuerunt universitatis comitia apud Mathurinos in quibus M. Dyonisius Tringuier resignavit mro Joanni Housse capellaniam grandis causa permutationis, salvo iis iure bursarii nationis gallicanae, modo ipse Housse adducat testes probatae suae fidei.

Die 26 februarii 1575 Academiae comitia celebrata fuerunt apud Mathurinos super duobus capitibus quorum primus erat de claudendo nominandorum — catalogo; alterum vero de contentione quae inter procuratorem nationis ~~pro~~ Picardiae et cancellarium coenobii Dnae Genovefae super nominandis examinatoribus superioris examinis, quorum utraque fretus rationibus et instrumentis suis ius tuebatur. Procurator quidem Picardus suum ius tuebatur statutis facultatis artium et et rescripto quodam Alexandri papae. Cancellarius vero Dnae Genovefensis pro se habebat arrestum supremae curiae a ducentis fere annis latum et praelatam possessionem

Statutum fuit catalogum more solito esse claudendum: et ius nominandi examinatores ad artium facultatem pertinere secundum statuta Academiae.

Iisdem comitiis data fuit adiunctio Bedello decretorum contra publicanos.

In iisdem comitiis supplicavit Dns Rector ut non
liceat posthac scholas publicas profanis hominibus
locare, sive in eis aliquid immutare citra totius
Academiae consensum. Hoc factum est ex eo quod Inquilinus
sive Bedellus Germaniae superiores scholas Germanorum
in vico straminis sitas locaverat, in quibus cubicula
aedificaverat dispertitis et eversis multis quae ipsam
antiquitatem testabantur et referebant.

Die Veneris 4 Martii Dns Rector solemnis
viris comitatus Regiam maiestatem salutavit suae
Academiae nomine gratulans et rogans ut suam Academiam
non solum bonarum artium sed etiam corporis
seminarium velit suorum maiorum exemplo conservare,
impetraretque ut depravati quorundam mores Regia
auctoritate coerceantur. Ego tunc gravissimo
morbo laborans non potui Dnum Rectorem comitari,
ideo rogavi Dnum de Vermill ut meam absentiam
suppleret et admonitum quem vellet assumeret.
Assumpsit autem Dnum Girard.

Die Lunae 7 martii indictae sunt supplicationes
Rectoris extraordinariae pro fausto adventu Regis
Christianissimi ex Polonia, pro eiusdem salute,
regni tranquillitate, et fidei confirmatione ad
aedem D. Augustini sacram.

Die Dominica in passione 20 Martii Dns
Rector de Cuilli Sorbonicae domus prior, indictis
ordinariis Academiae supplicationibus profectus est
(omnibus ordinibus eum comitantibus) ad Aedem divi
Germani Altissiodorensis sacram.

Die Lunæ 28 Martij 1575 celebratæ fuerunt exequiæ
dueil ducissæ Sabaudiæ quibus Dnus Rector cum Decanis
et procuratoribus interfuit idque ex mandato regis, illo
quidem die vesperis et die sequenti quæ 29 Martij erat
missæ.

Eodem comitatu et Regio etiam mandato interfuit Dnus
Rector die Martis 29 Martij vesperis et die Mercurij
dueil 30 eiusdem mensis missæ et exequiis Ducissæ Lotharingiæ.
in templo Dnæ Virginis Mariæ. In his autem duabus
exequiis incedebant Lugubri veste Regis frater
Dux Alenconius. Rex Navarræ, Borbonij filius de
Vandomont et Dux de Montpensier.

Die Mercurij 18 Maij Dnus Rector Cyssart indixit
publicas Academiæ supplicationes extraordinarias ad
sacrosanctum Regij palatij Sacellum, ad expiandum
sacrilegium ibi paulo ante nimirum 9 die eiusdem mensis
nocte commissum, unde qua sacrosancta crux clam sublata
fuerat fractis sanctuarij fenestris cratibus.

Die Veneris 3 Junij indicta fuerunt Universitatis
comitia super sinistra Maldonati Jesuitæ de purgatorio
opinione. Negotium hoc omnium ordinum judicio sacratissimæ Theologiæ facultati remissum fuit.

Die Dominica 19 Junij Dnus Rector Cyssart
classensis Maximianus indixit publicas totius
Academiæ supplicationes ordinarias ad Ædem
Dmo Jacobo sacram (vulgo St Jacques de la
boucherie) pro regis reginæque et aliorum reipub.
principum salute, incolumitate et prosperitate pro
pace regni tranquillitate et conservatione
et ecclesiæ et fidei integritate et constantia.

Die Lunae 20 Junij Dns Rector indixit comitia
Academiae apud Mathurinos super sententia Dnj
Parisiensis Episcopi qua Dnm Rectorem et alia
Academiae membra anathemate feriebat si ulterius [illegible]
[illegible] aliquid tentaret adversus errores Maldonati
qui praeter veterem patrum sententiam satis temere
de tempore quo animae in purgatorio detinentur
aliquid nō sine multorum scandalo statuere videbatur.
Statutum fuit omnium ordinum consensu provocandum
esse ad Senatum ab Episcopi sententia qui sua
authoritate abutebatur quiaque id quod minabatur
praestare non poterat. Visum etiam fuit
Cardinalem a Borbonio privilegiorum apostolicorum
Academiae conservatorem de ea re monendum esse et
ex singulis ordinibus quosdam nominandos qui in hoc
negotio Dno Rectori comitatum praeberent.
Ordo Medicorum Decanum et dnm Vermeill
nominavit.

Die Martis 21 Junij Dns Rector profectus est
ad Monasterium Sti Germani a Pratis ut
Reverendiss.[illegible] Cardinalem a Borbonio privilegiorum ~~[illegible]~~
Apostolicorum Academiae conservatorem, ipsius Academiae
nomine salutaret, et eius auxilium imploraret adversus
asperrimos insultus, et iniquas episcopi Parisiensis
~~[illegible]~~ comminationes. ego ~~[illegible]~~ mecum duxi
Dnm de Vermeill ut pridie statutum fuerat.

Die Martis 26 Julij celebrata fuerunt comitia
Academiae apud Mathurinos super negotio Jesuitarum
qui obtulerant Cardinali a Borbonio privilegiorum apost.
Academiae cōservatori libellum supplicem quo postulabant
ut in Academiam adsciberentur cuius legibus et
statutis se obedire paratos esse dicebant. In illis
comitiis lectus fuit libellus eorum supplex quem Dnus
Cardinalis ad Rectorem miserat.

Statutum fuit omnium ordinum suffragio ut singulis facultatibus duos ex deligerent qui Dnum Rectorem comitarentur dum irent ad ipsum Dnum Cardinalem responsurum super illo libello supplici. Ex uno ordine delecti fuerunt ad decanus Dni Cunstel et Rosseus.

Die Martis 2 Augusti Academia et Episcopus Parisiensis contenderunt in Senatu famosa classe in causa. Judicio Senatus absoluta fuit Academia: privilegia facultatis Theologiae confirmata: praesens vero negotium sine controversia sed consilium remissa gal sponte sua consoluit.

Die Veneris 26 Augusti Dnus Rector indixit comitia Universitatis ad Aedes Maturinenses, quibus probata fuit ~~in~~ resignatio Angeli Cognetij viri optimi et Academiae bene merenti qui officium promotorialis privilegiorum Apostolicorum quo antea fungebatur filio suo Jacobo Cognetio in supremo senatu patrono resignaverat.

Die Veneris 9 Septembris indicta fuerunt comitia a Dno Rectore Joanne de Ronay super creatione novi conservatoris privilegiorum Apostolicorum Universitatis. Negotio ab eodem Rectore exposito et audita lectione procuratorij ~~[illegible]~~ instrumenti Reverendissimi et Illustriss. Cardinalis a Borbonio ad resignandum officium conservatoris dictorum privilegiorum Apostol. Universitatis Saluberrima medicinae facultas habita ratione ipsius Illustrissimi et Reverendiss. Cardinalis et eius in republica literaria beneficiorum, censuit admittendam eo resignationem eius in favorem D. Nicolai Fumee Episcopi designati Bellovacensis secundum tenorem procuratorij instrumenti per dicti Illustriss. Cardinalis voluntatem. Idem etiam Sacratissima Theologiae facultas censebat. Cum iis Juris pontificij et partim facultatis Episcopi Meldensis du Bresa partes probabantur: Rector ipsum Meldensem Episcopum conservatorem declaravit nulla habita ratione ipsius Cardinalis

Die Jovis 15 eiusdem mensis Episcopus Moldo[...]
iusiurandum prestitit apud eosdem maturinos

Die Jovis 6 Octobris Rector Universitatis
D. Joannes de Ronay indixit ordinarias
supplicationes ad Aedem D. Francisci sacram

Ratio accepti in priore Decanatu Stephani Gourmelen Curiosolitae Britanni, reddita die 19 Novembris 1575

A M. Joanne Le Conte antiquo Decano suo magistratu abeunte ex reliquiis suarum rationum quas reddidit die Sabati Novembris 1574, ut constat ex eius commentario, accepi trecentas triginta et duas libras sexdecim asses et novem denarios ——— iij^c xxxij lt xvj s ix d

A Dno de Vigni quaestore urbis pro tribus terminis reditus annui centum librarum ——— lxxv lt.

debet [?] terminum finitum die ultimo Septembris

Ab eodem quaestore pro dimidio annui reditus decem librarum quas Dns Varadeus emit a permia [?] Dni de Bossi, a primo die Julii usque ad finem Decembris anni superioris 1574 ——— v lt.

tenetur filius de Vigni debere alteram mediam partem tempore a primo die Julii anni superioris usque ad ultimum anni

A Dno Faudeau procuratore pro uno anno locationis domus scholarum quam a facultate conducit ——— lx lt.

Praeter istos centum solidos quaestor debebat ad finem Decembris proximi anni 1575 lx lib. pro integro [?] anno [?].

A Petro Langlois sartore pro tribus terminis locationis domus ubi habitat ——— xxij lt x s

A Ricardo Chalois pro duobus terminis locationis domus nostrae ubi habitat ——— xvj lt x s.

A Joanne Bosse mercatore pro anno finito ad Remigialia locationis areae scholarum ——— xv lt.

Ab haeredibus honestae viduae pro reditu annui unius finiti ad diem natalitium Dni Joannis baptistae ——— nihil

Pagina ista continet quingentas viginti sex libras sexdecim solidos et novem denarios

A nobili muliere Anna le Cirier vidua Dni Corbij regij consiliarij pro reditu ~~primo~~ vngt anni ~~duorum~~ ~~annorum~~ 1574 ~~...~~ finito sed die natalitiorum Dni ~~Dni~~ ~~Joannis~~ ~~Baptistae~~ p obitum Mri Theodorici le Cirier doctoris medici celeberrimi eiusdem viduae patris ~~quem~~ debet cuius singulis annis centum solidos —— nihil

Aliud acceptum pro vesperijs

A Dno Lambert pro vesperijs xx a —— Lx lt
A Dno Girard pro eadem re —— lx lt
A Dno du port pro eadem re —— Lx lt

Aliud acceptum a quatuor Doctoribus pro doctoratu

A Dno Lusson pro bursis doctoralibus —— Lxx lt
Ab eodem pro sacello —— CCCß
A Dno Lambert pro ~~eadem re~~ bursis doctoralib —— Lxx lt
Ab eodem pro sacello —— CCCß
A Dno Girard pro bursis —— Lxx lt
Ab eodem pro sacello —— CCCß
A Dno du port pro bursis —— Lxx lt.
Ab eodem pro sacello —— CCCß

2a pagina 4c 68 lt

Aliud receptum pro papillarijs siue antequod libetarijs et pro prandio supplicationum.

A Dno Riolano ——— CCCix lt
A Dno Beauchesne ——— CCCix lt
A Dno Heron ——— CCCix lt
A Dno Lusson ——— CCCix lt
A Dno Lambert ——— CCCix lt
A Dno du port ——— CCCix lt

Aliud receptum a Baccalaureis et stipendijs lectorum et registro.

A M francisco Chesnin pro stipendijs lectorum ——— iij lt x s
Ab eodem pro registro ——— xvj s
A M Jacobo Nicolas pro ijsdem rebus ——— iij lt xvj s
A M Germano Courtin ——— iij lt xvj s
A M Petro des Mons ——— iij lt xvj s
A M felice bonne ——— iij lt xvj s
A M Juliano Bere ——— iij lt xvj s
A M Dominico Bourgong ——— iij lt xvj s
A M Marino fleury ——— iij lt xvj s
A M Edmondo Pourdrisot ——— iij lt xvj s
A M francisco monbel ——— iij lt xvj s
A M philiberto gilot ——— iij lt xvj s
A M Petro du Chesnin ——— iij lt xvj s
A M Martino Rapin

Aliud Acceptum

A communitate chirurgorum et juramento die festo sancti lucae ——— nihil
A Comitate tonsorum chirurgorum pro eadem re ——— ~~[illegible]~~ x lt
pro tribus annis finitis ad festum divi Lucae 1575
Ab Antonio lefeure tonsore chirurgo nuper magisterium adepto ——— lxxiij s vi d

3a pag 302 lt 6 d

Summa totius recepte est deux cens
quatre vingtz quatorze livres dix sept
sols troys deniers

Ratio expensi ordinarii in priore Decanatu Stephani Gourmelen Curiosolitae Britanni reddita die Novembris 1575

Primum, die Sabati 20 Novembris 1574 post auditas et probatas rationes ordinarias Dni le Conte superioris Decani distribui singulis Doctoribus quorum numerus erat septuaginta quinque et duobus bedellis cuique trientem unum et ex senatus decreto quae summa est ducentarum triginta et unius librarum — CCXXXI lt.

Dno le Conte pro suo honorario dedi ex decreto facultatis triginta aureos — iiij^xx X lt.

Dedi praeterea Dno le Conte XXV lt pro quarta parte annui reditus centum librarum quam quum suscepisse se recepisse a quaestore Nobis de Vigny centum libras integras dicerterque quarta pars repetenda ab haeredibus ipsius de Vigny quaestoris oportuit restituere Dno le Conte quartam illam partem quae adhuc debetur facultati ab ipsis haeredibus ipsius quaestoris de Vigny — XXV lt.

Haec summa XXV lt debetur adhuc facult. a vidua et haeredibus defuncti dni de Vigni pro termino finito ult.a die Junii 1574 cuius persolutionem debet prosequi idem le Conte cum decano cui reddidit certificationem Cr[illegible] Campenet

Homori Junori bedello pro lignis, vino, placentulis et calculis suppetatoriis et candela in redditione rationum Dni le Conte — VII lt VIII s

Summe huius paginae est Troys cens cinquante troys Livres huyt s.

Aliud expensum in Vesperijs

In Vesperijs Dni Lambert —— L i ℔ i s

In Vesperijs Dni Girard —— L iiij ℔ 12 s

In Vesperijs Dni Du port —— L v ℔ vi s

Aliud expensum in Doctoratibus et biretis

In Doctoratu Dni Lussoy sexaginta et
tribus doctoribus quorum quilibet recepit
septemdecim asses —— L i ℔ xv s

In Doctoratu Dni Lambert sexaginta
et tribus Doctoribus quorum quilibet
recepit septemdecim asses —— L iij ℔ [illegible]

In Doctoratu Dni Girard sexaginta
et sex doctoribus, singuli receperunt
septemdecim asses —— L ij ℔ [illegible]

In Doctoratu Dni du port sexaginta
et septem doctoribus quorum quilibet
recepit asses septemdecim. —— L iij ℔ [illegible]

Aliud expensum in Pastillarijs
siue quodlibetarijs

In pastillaria Dni Riolanj —— CC v ℔ [illegible]

In pastillaria Dni Beaucrosne —— CC v ℔ [illegible]

In pastillaria Dni Heroy —— CC v ℔ [illegible]

In pastillaria Dni Lussoy —— CC v ℔ [illegible]

In pastillaria Dni Lambert —— CC vij ℔ [illegible]

In pastillaria Dni du port —— CC vij ℔ [illegible]

Summa huius pagine
cum ccc viginti
L [illegible]

Aliud expensum in quodlibetariis

In quodlibetaria Dni Haulting die 9 novemb.	—	vi lt xviij s
In quodlibetaria Dni Rislani	—	vi lt xiiij s
In quodlibetaria Dni Beauchesne	—	vi lt xiiij s
In quodlibetaria Dni Heroy	—	vi lt vi s
In quodlibetaria Dni Lusson	—	vi lt xiij s
In quodlibetaria Dni Lambert	—	vi lt vi s
In quodlibetaria ordinaria Dni Musel	—	vi lt vi s
In quodlibetaria Dni de Port	—	vi lt vi s
In quodlibetaria ordinaria Dni Taradis	—	vi lt vi s
In quodlib. ordinaria Dni de Port	—	vi lt xvi s
In quodlib. ordinaria Dni Lambert	—	vi lt xx s

Duo laudenat qui erant in disputationibus non sedente

Aliud expensum in supplicationibus Rectoris

Die Dominico 13 Decembris in ordinariis supplicationibus Rectoris dum iret ad sacrosanctum ~~[illegible]~~ Regii palatii sacellum ubi fuere viri doctores convenientes — xv lt xviij s

Die Lune septima Martii in extraordinaria supplicatione Dni Rectoris de Cuilli ad aedem D. Augustino sacram pro felice reditu regis Christianiss. e Polonia — C lt xvij s

Dominica in passione in ordinaria supplic. Rectoris de Cuilli ad aedem Divi Germani Altissiodorensis doctoribus bidell. et pro offertorio — Ci lt viij s

Summa huius pagine
cent Lxxxi lt [illegible]

Die Mercurij xviij Maij in supplicationibus
extraordinarijs Dni Rectoris Tessaert
ad sacrosanctum Regij Palatij sacellum
ad expiandum sacrilegium in die eiusdem
mensis ibi commissum ob sublatam furto nostram
sacrosanctam Dni nri Jhesu Christi [?] fractis
sanctuarij feneris [?] exalibus —— viij lt x s
Pro cereis in eadem supplicatione —— xxxv s [?]

Die Dominica xx Junij in ordinarijs
supplicationibus Dni Rectoris Tessaert
ad aedem Dmo Jacobo sacram —— viij lt x s

Die Jovis sexta Octobris in
ordinarijs supplicationibus Dni
Rectoris de Monay [?] ad aedem
Dmo Francisco sacram —— ix lt xiij s [?]

Aliud expensum in missis
et refusionibus [?] facultatis

Novembre — Die Sabbati xxvij novembris dedi
sacerdotibus pro missis eiusdem mensis —— iiij lt x s
Doctoribus et bedellis —— iiij lt xviij s

Decembre — Die ultimo Decembris dedi sacerdotibus
pro iiij^{or} missis ordinarijs et pro duabus missis
solemnibus una de Sto Spiritu [?] et altera
de beata virgine et pro iiij^{or} obitibus —— vj lt viij s
Doctoribus et bedellis —— iiij lt xiiij s
Eodem die dedi vij x [?] sacerdotibus pro
Cappellario gallico sempiterno [?]
quod pro facultate emerat [?] —— lx s

Summa huius paginae
quadraginta [?]
xiiij s [?]

Januarius — Die Sabati 29 Januarij dedi sacerdotibus pro quinque missis et duobus obitibus — v lb vis
Doctoribus et bedellis — vi lb iis

Eodem die dedi Fardello maiori bedello pro tribus libris calculorum stannorum facultatis — xxx s

Februarius — Die sabati 26 februarij dedi sacerdotibus pro v. missis quarum una solemniter celebrata fuit die purificationis beatae Mariae — l viii s
Doctoribus et bedellis — iiij lb

Martius — Die sabati 26 martij dedi sacerdotibus pro v. missis ordinariis et et tribus obitibus — v lb xvis
Doctoribus et Bedellis — iii lb xiiis

p de colonia — Die 14 Aprilis distribui doctoribus praesentibus in vesperis et vigiliis mortuorum pro domino de Colonia — iiij lb
Dedi praeterea et aliis doctoribus qui post distributam pecuniam supervenerunt — xiis
Postridie in missa pro eodem de Colonia distribui doctoribus et bedell. — iiij lb
Item doctoribus qui post integram pecuniae distributionem supervenerunt — xvis

Aprilis — Die Sabati ultima Aprilis dedi sacerdotibus pro 4or missis et uno obitu — iii lb viiis
~~Sacerdotibus~~ Doctoribus et bedellis — xxxiis

Summa huius paginae
[illegible]

Maius — Die sabati 28 maii dedi sacerdotibus
pro v. missis — lv s.
Doctoribus et bedellis — lxii s.

Junius — Die sabati 25 Junii dedi sacerdotibus
pro iiiior missis — xlviii s.
Doctoribus et bedellis — CCCiiii s.

Julius, Augustus, September, October — Die sabati 29 Octobris pro missis
mensium Julii Augusti Septembris
et Octobris — vi lt. xl s.
Doctoribus et Bedellis — xiii lt. x s.

Aliud expensum in missis et
comitiis universitatis

In obitu Roberti Sorbone die 12
novembris apud mathurinos — xvi s.

Die 26 novembris in missa pro
defunctis apud jacobitas — xvi s.

Die tertia februarii in missa
universitatis apud jacobitas — xviii s.

Die tertia novembris in missa
universitatis apud mathurinos — xix s.

In comitiis universitatis apud
mathurinos die xxi januarii super
exponendo catalogo nominandorum
et supplicationibus presentibus
doctoribus et bedellis dedi — CCC s.

Die veneris 4 februarii in comitiis
academiae super resignatione cuiusdam
capellaniae quam causa permutationis
resignavit M. Dionysius Le Tonnelier
in manu Joannis Housse salvo jure tuncii
clamationis Gallicano — CCCvi s.

Continet huius pagina
[illegible]

Die Sabbati 26 februarii in comitiis Academie apud Maturinos super claudendo catalogo nominandorum dedi doctoribus presentibus et bedellis —— cl viij s

Die veneris 4 Martii dominus de Vermeill et Girard qui dominum Rectorem comitati fuerunt dum iret nomine Universitatis salutatum regem cuique duo capitata argentea —— Lx s

pro eadem causa de Fardean maiori bedello —— cv s

duchesse De mandato Regis die Lune 28 Martii adfuerunt Rector, Decani superiorum facultatum et procuratores nationum exequiis ducis Sabaudie in aede virginis deiparae primo vesperis et postridie misse pro defunctis

1575 + Decano —— Lx s

De Mandato eiusdem Regis die Martis 29 martii in eodem templo divae Virginis interfuerunt Rector decani et procuratores vesperis pro Duce sua Ducissa Lotaringie et postridie misse. Pro Decano —— Lx s

Bedello fardean pro eadem causa —— Lx s

Die veneris 3 Junii in comitiis Academie super sinistra opinione cuiusdam Jesuite de purgatorio —— cv s

Die Lune 20 Junii in comitiis Academie apud Maturinos super sententia domini episcopi Parisiensis qua minabatur Rectorem et alia Academie membra anathemate ferire si aliquid contra Jesuitas molirentur —— cl iiij s

Summa huius pagine dix neuf livres sept solz

Die Martis 21 eiusdem mensis Dominus de
Vernueil qui a facultate vocatus fuerat
ut cum Decano, Domino Rectore comitaretur
iterum ad Cardinalem de Borbonio
auxilium imploraturum —————— Cv s

Decano pro eadem causa —————— CCC s

Die martis 26 Julii in comitiis
Universitatis super negotio Jesuitarum
qui postulabant ut ab Academia
reciperentur —————— L s

Die Veneris 26 Augusti in
comitiis Academiae apud Mathurinos
super resignatione officii promotoriatus
Universitatis —————— Cvj s

Die Veneris nona septembris
in comitiis Universitatis super creatione
novi conservatoris Apostolicorum
privilegiorum ——————

Sequuntur expensae

Pro cereis in die purificationis
Beatae virginis Mariae —————— lxx lt iiij s

In festo Divi Lucae dedi omnibus
Doctoribus praesentibus et legitime
excusatis cuique capitatim et singulatim
ex asse i quinque cum tertia stipendium
assis —————— lxvj lt

Summa huius paginae
sex viginti duae librae
[illegible] quinque solidi

Fabro ferrario pro clave et ferris cardinibus porte parve scholarum — ... ß

Dno Farguaut procuratori in castelleto pro suis annuis stipendiis — v tt

~~Dno Crozon procuratori in senatu pro suis stipendiis annuis~~ — alij nihil illi dederunt

Duobus notarijs qui testimonium scripserunt coram quibus ego nomine facultatis significavi dno de la Corde det ultimo Decembris in vesperijs dni de Port ... dedi capitatim ... — xxx ß

Textori pro refectione implumionis domus schole ubi dns Fardeau habitat — iiij tt

Sumptus in lite in senatu contra duos doctores qui non moniti facultate examinarunt empiricum quendam Cretensem —

Primo dedi dno Chamoli patrono facultatis in senatu quod bene litigando ... in ipso senatu contra illos duos doctores qui libellum supplicem ipsi senatui obtulerunt — lxx ß

Dno Crozon qui libellum supplicem descripserat et signaverat ... venerat ad edes dni Chamoli ut ipsum de agendis instrueret — xxviii ß

Summa huius pagine ... Livres dix ...
... s ...

Die 30 Decembris dedi procuratori Crozon ut daret ... palatij qui curaret ut primus praeses signaret duos parvos libell. supplices pro obtinenda audientia. Dos ... vocant — v s

Eodem die dedi amanuensi scribae ut copias libell. supplices in pergameno describeret — vi s

Eodem die Dno Crozon procuratori in palatio pro multis laboribus, eius [illegible] laborabat per plures dies, ubi fuerant pluresque libellos supplices describendos — iiii lt

Admonitio Academ.

Scribae universitatis pro admonitione Academiae contra eos qui statuta nostra violaverant — v s

Dno Crozon die 13 Januarij pro tribus libellis supplicibus quibus invitabamus duos illos doctores ad litigandum in senatu — lx s

Die 19 Januarij dedi domino Chippart patrono universitatis pro consilio super nostra lite cum illis duobus doctoribus — xxx s

Dno Chamoly pro eadem re qui omne negotium alteri narravit — lx s

Die Jovis 20 Januarij dedi Dno Chamoly patrono nostro qui in senatu pro facultate recitavit orationem litigantem adversus empiricos et eius examinatores — vi lt.

patronus Academiae

Dno Chippart patrono universitatis pro eadem causa — lx s

Summa huius paginae viginti duae libr. ... de ...

[signature]

Dno Crozon procuratori qui pro pluribus diebus in Senatus (?) intenderit expectaverat — x s

Die 14 februarij dedi dno Crozon pro se et pro procuratore universitatis ut responderent in qualitatibus ut simul sententiam arrestum obtinueremus — l s

quatre [illegible] Scribe curie pro arresto adversus illos doctores et empiricos — lxxv s

Die 2 Martij dedi tabellario Crozon qui invadit (?) significaverat arrestum ipsi Godolino empirico — xxx s

Die 13 martij ipsi tabellario et qui venerit arrestum ut ipsum rursus curaret significare ipsi Godolino quia prima vice separator male significaverat — xv s

Die 17 martij dedi dno Crozon pro parvis libellis supplicibus ad litigandum in Senatu adversus ipsum Godolinum empiricum — xv s

Amanuensi ipsius Crozon qui responsum ad libel. supplicem duorum illorum doctorum descripserat — v s

Die 18 Martij dedi rursus tabellario qui [illegible] arrestum pro ~~[illegible]~~ Terris ipsumque significare fecerat ipsi empirico Chanangeus sive Godolino — xxiiij s

Die 17 Maij dedi scribe flamenti (?) pro transcriptione et subscriptione defectus quem adversus Godolinum obtinuerat — xxx s

Summa huius pagine
quatuor Libre
quatuordecim sol.

Expensum in lite adversus
Ambrosium pare

Die v. maij dedi Dno Chamelin
patrono nostro in Senatu pro libello
supplici quem porrexerat Senatui
quo facultas postulabat ut libri
Ambrosii pare viri impudentissimi
nomine impressi non ante in lucem
mitterentur quam a facultate examinarentur — xxx s

Item Amanuensi ipsius Chamelin qui
libellum supplicem transcripserat — v s

Dno Crosier scribae Laboribus in
solicitando Dnum Boutin cui
libellum supplicem dederant et
scribam Senatus — xxiii s

Dno Cordelle hostiario in Senatu
die ix maij qui eum libellum
supplicem significavit Ambrosio
pare — xv s

Die 10 maij eidem Cordelle
pro secunda significatione dicti
libelli — xv s

Die 13 Maij eidem Cordelle qui
tertio ipsum libell. supplicem
significaverat ipsi pare — xv s

Die ultima maij dedi Dno
Chamelin qui in Senatu adversus
Ambrosium pare litigaturus erat — lx s

Summa huius paginae vi l.
huius libri lxxv l. x s.

Eodem die dedi domino Crozon procuratori nostro
pro obtinenda audientia ut paris libelli
supplices in pergameno transcriberentur
et se subra Senatus signarentur ——— xl s β

Die tertia Julij dedi domino Chameling
qui jam ex una die expectaverat
in senatu paratus ad litigandum adversus
Ambrosium pare et qui eius advocatus alterum
diem eadem de causa consumpturus erat ——— vj lt

Domino Crozon pro simili causa ——— l s β

Die 14 Julij qua litigamus in Senatu
adversus ipsum pare qui noster
accessimus sunt confirmatus dedi
advocato ipsi Chameling ——— vj lt

Aliud expensum in lite
adversus virum clarissimum dominum
Varadeum.

Domino Crozon procuratori nostro in Senatu
dedi pro libello supplici quem obtulimus
Senatui rogantes ut liceret nobis vocare
procuratorem domini Varadei nostri durante
et eo presente statuta facultatis, deliberationes
extraordinarias Carpentarii et
Varignani transcribere, et cum nostris
statutis et rationibus, transcripta conferre ——— xxxv s vj d

clerc du greffe — Die Sabati 20 Augusti dedi domino Bergon
Amanuensi scribe parlamenti pro transcribendis
et conferendis quibusdam nostris statutorum
sententijs que nobis in lite cum domino Varadeo
erant ostendenda ——— xxx s β

Summa huius pagine
vingt livres sept sols six deniers

Racio facultatis adversus Varadeum

Die dominica 21 Augusti dedi domino Chamelio patrono meo in senatu pro describenda littera qua respondet facultas contra dominum Varadeum — xiiij lt x s

Eodem die dedi amanuensi ipsius Chamelii ob ipsam litteram transscribendam — iij lt ij s vi

Domino Crozon partim pro suis laboribus partim ut absolveret satisfaceret scribe flamini(?) ob relatione et approbatione patelorum(?) et rotuli — iij lt ij s vid

Die Jovis prima Septembris dedi domino Crozon pro productione litteris domini Varadei et cofectione inventarii instrumentorum quorum in causa litteris producebantur — iiij lt x

Domino Crozon debentur adhuc septem librae pro inventario et productione in hac lite

Aliud expensum

Receptori fortificationis urbis pro domo ubi habitat Richardus Chaloes — x s

Receptori Ste Genovefe ob censum annuum quem debet monasterio S. Genovefe — xxx s vi

Receptori hospitalis domus Dei — l s

Summa huius pagine est [illegible] sunt vero librae quater [illegible]

Summa expensi est [illegible] [illegible] die Septembris [illegible]

Summa accepti est douze cents quatre vingts quatorze livres dix sept solz trois deniers ... C.

Summa vero expensi est treize cents soixante et unze livres dix sept solz unze deniers ... C.

Atque ita summa expensi superat summam accepti soixante dix sept livres huict deniers

Muster ... P. Collin ... A. Dxret

Vignier

P. Laffile et pro D. Myron ... Provost

Ceballon ... Dubal ...

et pro domino Dansol

Tavignon ... Hellatus

Arragon ... fabri

Moreau et pro domino Varade ... Richer Prieur

Marchal pro domino Villemontri

Lambert

Rondix

Charles ... Thomes

Mirard

... pro domino Lebault le gros et Pastry et grouvlone

Flaustin ... Marchand ...

Grandier ... Desaunoy ... Chevrey ... Eschinot

Cirison

Le Nor-t ort

Dnus Bryon Chapelle

Pro dnus Cappel Lellain Le Vermeil

Pro dno ~~Pr~~ Sibault

Gromorez

Le Monanthuet

Pro dnis Brigard / passant ~~Laudemot des~~ bailleff blarned thery dno le gay ~~dno~~ thery

Poissther . le g... la bepraie Raim le conte Cerhy ..

Commentarius posterioris Decanatus Stephani Gourmelen Britanni Curiosolitæ. Anno Dni 1575.



Die Sabbati 5. Novembris 1575 convocatis a Decano
per schedulam omnibus Doctoribus regentibus
in superiores scholas hora septima matutina, super
eligendis vel prorogandis Decano et Lectoribus
scholæ et pharmaciæ. Sacro ex more celebrato,
Decanus superiore anno singulari omnium Doctorum
beneficio, Decanatum sibi neque ambienti neque de eo
quicquam cogitanti ultro delatum fuisse exposuit:
quo nomine Doctoribus omnibus immortales agebat
gratias. Dixit præterea se omni studio et diligentia,
ea omnia quæ ad facultatis ornamentum conservandum, atque
ad eiusdem dignitatem et authoritatem retinendam
spectassent fideliter et sedulo curavisse. Quam
ob rem si sua industria ab ipsamet facultate
probata fuisset, suusque labor aliquem commendationis
locum apud eandem meruisset, si præterea se eo
favore dignum iudicaret quo superiores suos Decanos
prosecuta fuerat: rogabat ut facultas suum
Decanatum in proxime futurum annum pro veteri
consuetudine prorogare vellet.

Audita supplicatione Decani, facultas voluit eius
Decanatum in annum adhuc proxime futurum prorogare.
Voluit præterea duos lectores alterum nimirum scholæ
et alterum pharmaciæ secundum novam formulam
a novem annis feliciter usurpatam eligendos.
A quinque igitur viris quibus eligendi sors obtigit, Dns
Passart scholæ lector est vocatus in locum Dni
Fondebouff. Dns vero le Conte electus qui
pharmacopæos doceret in locum Dni Vicout

fisci comitis lectura Dni Cenot et Dni Girardi prorogatur quorum ille in scholis medicinae candidatos docebat, hic vero pharmacopaeos.

Die Sabati 19 Novembris reddedi ordinarias rationes in scholis superioribus hora prima a meridie pro more: In illis rationibus expensum et redditum acceptum summa 77 lb 8 d.
Auditis et probatis meis rationibus voluit facultas praeter illam summam 77 lb 8 d quae mihi debebantur sex coronatos aureos mihi pro honorario esse numerandos. Singulis vero doctoribus duo capitata exegentia. Ego vero singulis praesentibus unum tantum distribui capitatum

Quodlibetariae disputationes

Disputationes Quodlibetariae

1 Die Jovis 24 Novembris disputavit de quodlibetaria in ordine Dnus Lussoy. respondebat M Franciscus Monbel pedemontanus baccalaureus. Quaestio erat, an ne possit bolus armenus concedi, loco veneris hydrargyri.
Hoc anno disputationes quodlibetariae tardius coeperunt quam consueverant (Incipiunt enim ordinariae disputationes primo die legibili post festum omnium sanctorum) hoc in factum fuit culpa illius pedemontani baccalaurei qui sub Dno Lussoy respondens erat quique theses paratas non habebat. In hac prima disputatione M Jacobus Facdor maior bedellus nomina et cognomina omnium doctorum regentium ex veteri et laudabili consuetudine ~~[illegible]~~ recitavit eo ordine quo sequuntur

Sequuntur noia et cognomina magistrorum nostrorum Doctorum regentium saluberrimae medicinae facultatis in celeberrima Parisiensi Academia et estimabunt suas Lectiones.

1 M Hieronimus Varade Medicus Regius
2 M Valentinus Musset
3 M Petrus Colica
4 M Nicolaus Legrand Medicus Regius
5 M Joannes Le gay
6 M Girardus Denisot
7 M Oliverius Violaines Medicus Regius.
8 M Joannes Hagner
9 M Robertus Greaulme
10 M Nicolaus Jacquart
11 M Symon Pietre
12 M Franciscus Brigard Medicus Regius
13 M Petrus Laffile medicus Regius
14 M Ludovicus Duret professor et medicus Regius.
15 M Guillermus Robineau.
16 M Nicolaus Corneilles
17 M Ludovicus Corsin
18 M Philippus Allay
19 M Joannes Lesvillo
20 M Symon Seguin
21 M Marcus Myron primus Regis Medicus
22 M Petrus Tonset
23 M Joannes Rochon
24 M Petrus Ranin
25 M Mauricius La Corde
26 M Joannes Liebault Medicus principis Navarrae
27 M Stephanus Gourmelen Decanus.
28 M Claudius ~~Buillet~~
29 M Claudius Roussellet
30 M Joannes le Conte professor regius et lector pharmac.
31 M Augustinus Frondebeuff
32 M ~~Stephanus Fortin~~ vir optimus obiit 19 octobris
33 M Petrus Greouft
34 M Symeon Malmedi professor Regius
35 M Ludovicus Tibault
36 M Joannes de Vermill
37 M Guillermus de La Barra

Albertus le Fournier

38 M Nicolaus Le Gros
39 M Guillermus Capel
40 M Philibertus Laudenot Medicus Legionis Regis
41 M Richard Marchant
42 M Joannes Faber
43 M Bartholomeus Passart professor ordinarius
44 M Yvo Marchant
45 M Martinus Girard Lector pharmacopoea
46 M Lazarus Conot professor ordinarius
47 M Euertius Arragon
48 M Antonius Du Val
49 M Henricus de Monantheuil Mathemat. professor Regius
50 M Petrus de La Bistrate
51 M Nicolaus Le Gollier
52 M Martinus Akakia Chirurg. professor Regius
53 M Guillermus Baillon
54 M Nicolaus Milot
55 M Nicolaus Elain
56 M Hugo Prenosteau
57 M Henricus Blacuod Regine Scotie Medicus
58 M Joannes L'amy
59 M Claudius Bazin
60 M Andreas du Breill.
61 M Joannes Martin
62 M Bonauentura Grangier
63 M Bartholomeus Perdulcis
64 M Claudius Rebours.
65 M Petrus de La Mer
66 M Jacobus Marand
67 M Joannes Le Pesther
68 M Sulpicius Rigault
69 M Joannes Haultin
70 M Joannes Riolanus
71 M Joannes Beaufresne
72 M Egidius Heron
73 M Guillermus Dusson
74 M Nicolaus Lambert
75 M Franciscus Du Port

Hi qui sequuntur postea Doctoratus gradum receperunt

76 M Joannes Cotilloy
77 M Germanus Courtin
78 M Nicolaus Marchant
79 M Johannes Beer
80 M Jacobus Nicolaus

2. Die Jovis 1. Decembris disputavit de quodlibetaria in ordine Dnus Heroy. Quaestio erat An semper in curandis febribus devenienda variandi necessitas et opportunitas? Respondebat pro Germanus Courtin Baccalaureus.

1576

3. Die Martis Xa Januarii disputavit de quodlibetaria in ordine Dnus Beauchesne. Quaestio erat An Aquilonia quam Australia plenitudinis curatio difficilior. Respondebat M. Julianus Bore Lavalensis Baccalaureus.

4. Die Jovis xixa Januarii disputavit de quodlibetaria in ordine Dnus Riolan. Quaestio erat ~~An~~ Estne urina febrium certior index quam pulsus? cui respondebat M Jacobus Nicolas parisiensis Baccalaureus.

5. Die Jovis xxvi. disputavit de quodlibetaria in ordine Dnus Haultin. Erat autem quaestio. An senes similibus alimentis conservandi? Respondebat M Philibertus Gilet Nuriacus Baccalaureus.

6. Die Jovis xvia Februarii disputavit de quodlibetaria in ordine Dnus Rigault. quaestio erat, An variantibus et ~~[illegible]~~ anodynis narcotica roboraria? ad quam respondebat M Dominicus Bourgoing parisiensis Baccalaureus.

7. Die Jovis 1. Martii disputavit de quodlibetaria in ordine Dnus Postel. quaestio erat an insanienti virgini venus? Respondebat M. petrus du Chemyn Baralbanus Lingonensis Baccalaureus.

Disputationes Cardinalitie 1576.

1 Die Jouis XXII Martij respondit de questione cardinalitia M Jacobus Nicolas Parisiensis Bacc. præside Dño Capel. Quæstio erat Estne flos quarentiis in lipima morborum acutiss.

2 Die Jouis XXIX Martij respondit de questione cardinalitia M Johannes Bore Lemovicensis Baccal. præside Dño le Gros. Quæstio erat. An ut bene sectio, sic purgatio mentis affectibus salutaris?

Vesperiæ. 1576.

1 Die Sabati XIIIJ Aprilis Dns Collinoy vespezatus fuit præside Dño Eybaldo viro doctissimo.

2 Die Sabati XXVI Junij Dns Courtin fuit vesperizatus præside Steph. Gourmelen Decano.

3 Die Martis XXIIIJ Julij Dns Marchant fuit vesperizatus præside doctiss. viro Dño Baillif

Ordo Licenciarum die 21 Maij 1576

M Germanus Courtin 1

M Johannes Bore 2

M Jacobus Nicolas 3

M Dominicus Bourgong. 4

M Franciscus Chesnaye 5

Vesperie

1 Die Sabati xiiij Aprilis Dus Cotilloy fuit vesperizatus preside Dno Libaldo.

2 Die Sabati xxvi Junij Dus Couetij fuit vesperizatus Steph. Gourmelen Decano preside

3 Die Martis xxiiij Julij Dus Marcham fuit vesperizatus preside Dno Bailleff.

4 Die Lune 1 octobris Dus Boue vesperizatus fuit preside Dno Roussel.

5 Die 17 octobris Dus Nicolas fuit vesperizatus preside Dno le Conte professore regio

Doctoratus

1 Die Jovis iij Maij Dus Cotilloy doctoratus Lauream accepit preside Dno Libault. Ad primam questionem respondit Dus Passart Junior Doctor. Ad secundam vero Dus Lepelletier loco Dni de la Corda

2 Die Martis x^a Julij Dus Couetij doctoratus gradum accepit preside Steph. Gourmelen Decano. Ad primam questionem respondit Dus Marcham ad secundam vero Dus Ballon pro Dno Libault

3 Die Martis vij Augusti Dus Marcham (qui ab hinc biennio licentiatus gradum adeptus fuerat) Doctoratus gradum accepit preside Dno Bailleff. Ad primam questionem respondit Dus Girard. Ad secundam vero Steph. Gourmelen Decanus.

4 Die Jovis xi octobris Dus Boue doctoratus gradum adeptus est preside Dno Roussel. Ad primam questionem respondit Dus Tenot ad alteram vero Dus Bailleff. Eodem die Dus Nicolas supplicavit ut admitteretur in ordine ad vesperias et Doctoratum diebus legibilibus et non legibilibus, quod illi libentissime concessum est

5 Die Martis 23 octobris Dominus Nicolaus
Doctor creatus est Preside Dño Ca[illegible] Conte
Ad primas questiones respondit Dns Arragon ad
alteram vero Dns Rousselet

Comitia facultatis.

Die sabati v. Novembris 1575 convocata fuit facultas hora septima mane ~~[illegible]~~ et schedulam super eligendis vel prorogandis Decano et Lectoribus scholae et pharmaciae ut antea notavimus.

Die sabati xix^a Novembris reddidi computus ordinarias hora 1 pomeridiana

Die sabati xxviij Januarii 1576 convocata fuit facultas super celebratione festi purificationis beatae Mariae, et super cereorum distributione. Item super eligendis examinatoribus futurorum baccalaureorum. Conclusum fuit omnium qui aderant suffragiis et festum esse celebrandum more solito, et cereos esse distribuendos. Et praeterea examinatores esse secundum novam formulam designandos, fuerunt vero electi quatuor

Examinatores

examinatores duo ex superiore ordine ~~ex duo~~ Dnus Leubault et Dnus le Gros. Ex minori vero duo item juniores Dni Laudenot et Girard.

Die Jovis xv. Martij adduxi ~~ad~~ M Joannem Collot (qui

Collot donatur licentia

qui tempore licentiarum in Polonias profectus fuerat) ad Dnum Cancellarium cui absentiam ipsius Collot legitimam esse ostendi quamobrem una cum suis condiscipulis qui altiorem ~~quam~~ licentiae gradum receperant ~~[illegible]~~ adesse non potuit, quo audito Dnus Cancellarius cum libentissime licentia donavit.

^post prandium mane

Die Sabbati xvii Martii ^Dns Colloy supplicavit ad vesperias et doctoratum, rogavitque supplex ut sibi liceret quam legibilibus tam non legibilibus diebus hos suos actus celebrare. quod illi omnium suffragiis concessum est.

Die Sabbati xxiiii post prandium Dns Monanteill supplicavit nomine Mombel baccalaurei (qui fuit per totum ordinarium a disputationibus et quodlibetariis absens) ut ad cardinalitiam disputationem admitteretur. Maior pars voluit ut ipse Mombellius causas suae absentiae coram explicaret. Conclusum fuit ut ipse Mombellius supplex veniret.

Eodem die supplicaverunt octo candidati, quibus singulis proposita fuit quaestio medica. quorum responsione audita, decrevit ordo omnes ut et literas magisterii et suorum praeceptorum chirographa parata habeant: deinde se illis per Bedellum significaturum [illegible] illa facultati ostendant. — ex praescripto statuto

Die Sabbati ultima Martii hora septima mane post prandium unus candidatus qui cum quoque negotio in rebus quae intra supplicaveram una adfuit non potuit, supplicavit ut ad examen in rebus admitteretur. Supplicavit etiam M. Franciscus Mombellius Barchas, qui quum ab omnibus disputationibus quodlibetariis secundi anni abfuisset una tamen excepta in qua ipse responderat, volebat tamen ut ad cardinalitiam quaestionem admitteretur ut una in rebus licentiae gradum assequi posset. Visum fuit iis qui aderant candidatum esse admittendum, et ut tempus studii probet, et negotium Mombellii ad pomeridiana comitia iam indicta esse remittendum. et ita fuit conclusum. — Ex Stat. Barral. ad lect. admissionis

Eodem die ultimo Martij hora secunda pomeridiana
convenerunt fere omnes doctores in scholis vocati per
schedulam ut moris est ut deliberarent super duobus
capitibus. Primum erat de probatione temporis studij
nonnullorum candidatorum qui supplicuerant ut ad examen
admitterentur. Secundum erat de supplicationibus.
In his comitijs supplicavit Dominus Basin doctor medicus
ut pecunia quaedam quam Dominus Varignon in suo decanatu
ab ipso Domino Basin et suis condiscipulis pro pileis
eorum qui religionis ergo a facultate discesserant,
acceperat, et penes Dominum Contentum successorem suum
deposuerat, sibi et suis condiscipulis restitueretur.
Supplicavit praeterea Mombellius ut ad cardinalitiam
quaestionem admitteretur, propterea quod omnes matutinas
supplicatio ad hac comitia remissa fuerunt.
Facultas censuit statuta sua ~~facultatis~~ et inviolabiliter
observanda ne posthac ratione fenestra aperiatur
Sunt autem eiusmodi statuta ut non liceat doctoribus
dispensare de tempore studentium, de tempore
disputationum et de tempore lecturae baccalaureorum.
Baccalaurei vero ex alio‡ statuto tenentur adesse
omnibus disputationibus de quolibet a principio
ordinarij usque ad carnisprivium per duos annos
Cumque Mombellius per integrum ordinarium secundi anni
una tamen disputatione excepta absuisset, ne facultas
~~sua~~ sua statuta in quae sancte iuravit violaret
censuit Mombellium non ad cardinalitiam
disputationem non admittendum. illi tamen permittit
ut se futuris baccalaureis si velit adiungat.
ut inceptionem moderniorum cardinalium una cum eis
absolvat. De negotio Domini Basin et sociorum
censuit ut Dominus Contentus illis pecuniam restituat
ea tamen lege ut omnes et singuli eorum qui istam pecuniam
reposcunt suo chirographo et bona fide promittant
se satisfacturos

In praemio statutorum

‡ In statutis baccalaureorum de lecturam admissorum cura

se satisfacturos illis doctoribus absentibus quorum nomine se dno Varquier fuit scripta si cum alleg. rescribere vellent: polliceanturque se etiam tum ipsam facultatem, tum etiam Dnum Contemin indemnes redderetur.

Eodem die nomen candidati quorum nomina sequuntur tempus suorum studiorum et suae audientionis probarunt quique erant quatuor schedulis nō registratis.

1 M Symon de la Croix Altissiodorensis.
2 M Claudius fontaine Suessionensis.
3 M Thomas Schomeson Parisiensis.
4 M Nicolaus Herbin Noviomensis.
5 M Joannes Bayole Parisiensis
6 M Petrus Arthuys Cenomanensis
7 M Ludovicus Denys Pictaviensis
8 M Petrus Aymonfault Pictaviensis
9. M Claudius famulus Senonensis.

Nota candidatorum qui primo ad examen deinde etiam ad baccalaureatum fuerunt admissi. 1576

Die sabati vii Aprilis convocatis facultate ad schedulam in superiores scholas ut audiret censuram et iudicium examinatorum, nimirum DD Liebaldi, le Gros, Laudenot et Girard de nomine candidatorum conditione. Dns Liebaldus suam et collegarum suorum diligentiam in examinandis ipsis candidatis docuit primo. Deinde ipsorum candidatorum conditiones plurimum commendavit qui etiam difficilimis quaestionibus acute admodum satisfecerant: et ideo illos dignos iudicavit qui ad baccalaureatum merito admitterentur.

In iisdem comitiis supplicavit Dns Capel ut possent, responsuri baccalaurei de quodlibetariis honorarium singulis doctoribus deponere in manu decani.

Supplicavit etiam M. franciscus Chesnyn bacc. qui absfuerat tota postrema ordinaria

ut

ut una cum aliis suis condiscipulis ad ea quae ante
~~baccalaureatum~~ licentias agenda erant admitteretur. Dicebat
enim se a Regiis hostibus in agro picardiensi carcere
detentum fuisse quod quatuor ~~viri~~ virorum testimonio
et chirographo docuit.

Placuit facultati neminem illos candidatos ad
baccalaureatum admittere. Negotium vero a Dno
Capel propositum ad ampliora comitia remisit.

M. Franciscus Choesnyn bacc. cujus omnis excusatio
maiori parti Doctorum legitima visa fuit (carcer
enim et morbus legitime excusant) una cum aliis
baccalaureis licentiandis admissus.

Carcer et morbus Doctoribus enim [visa] fuit, non autem baccalaureis. Hoc volui notare ne ex hac nimium favorabili conclusione [licenti]andi sumat capiat.

Die Martis xa Aprilis convocata fuit facultas per
schedulam in scholis superioribus hora secunda a
meridie; deliberatura super tempore studii
disputationibus et lecturae baccalaureorum, et
super supplicationibus. Cum igitur baccalaurei
dimissionem se eos et interfuisse omnibus disputationibus
excepto Choesnyn qui a Regiis hostibus captus fuerat) et
plures Hippocratis et Galeni libros publice interpretatos
fuisse, facultas eos ad examen primatum et
particulare remisit. Supplicationes Dni Capel
superioribus comitiis agitatas non potuit probare
sed ad altera comitia remisit.

Nade dechedragis.

Iisdem comitiis Dns Monanteill ~~monuit~~ monuit facultatem de quadam lite
in senatu inter collegium Chirurgorum et Ambrosium
Pareo quorum controversia die Iovis proxime agitanda
erat publice consebatque neminem patronum de ea lite
monendum esse ut si quid in praeiudicium facultatis
moliretur eum patroni referrent, nec patronis etiam
non facultatis senatum moneret ut nihil in eius
facultatis praeiudicium decerneret. ~~[illegible]~~ Ipsa mandata
quod omnium suffragiis confirmatum fuit.

Die Martis 17. Aprilis convocavi facultatem ut deliberaret an baccalaurei sint ad licentiam admittendi et quibus conditionibus. Placuit facultati nihil esse innovandum quantum ad aromata et saccharum quod distribuuntur die paranymphatus. Voluit praeterea singulos doctores pro more sacchari solvere aureos et distribuendos.

distribuuntur [illegible] aurei in loco sacchari die paranympharum

Die Jovis 3 Maij Dns Cotillon laurea[m] doctoratus adeptus est praeside Dno Liebaldo viro doctissimo principis Navarrae medico. Eo die Dns Albertus le Fevre Doctor medicus doctissimus supplicavit ut suo ordini restitueretur (abfuerat enim fere ultra quadriennium) placuit senioribus qui tum aderant etiam omnibus praesentibus nemine repugnante (quamvis si summo iure cum eo ageretur non posse admitti nisi prius de resumpta quaestione disputaret) ut suae pristinae [illegible] possessioni et collegis uniri velit [illegible] recipiatur, ea tamen lege ut nihil a facultate [illegible] emolumentis tempore suae absentiae repetat. Nec cum aequum videbatur facultati ut is qui [illegible] et libere decessissent aliquid eorum emolumentorum quae praesentibus tamen debentur accipiat.

Die 21 Maij 1576 mane in aula reverendi Dni Episcopi parisiensis quinque baccalaurei qui medicinae curriculum absolverant licentiae gradum adepti sunt hoc ordine.

Nomina Licenciatorum anni Dni 1576

1 M Germanus Courtin.
2 M Julianus Bero.
3 M Jacobus Merlet.
4 M Dominicus Bourgoing.
5 M Franciscus Choffryn.

Die Sabbati 26. Maij mane post sacrum Dns Albertus le Fevre supplicavit ut acciperet a licentiatis pro sua praesentia. Doctores omnes qui aderant eius supplicationi annuerunt ita tamen ut negotium ex sua ipsorum sententia frequentioribus comitijs confirmetur. Supplicavit etiam Dns Courtin pro vesperijs et doctoratu ut ad eos actus tam legibilibus quam non legibilibus diebus admitteretur: cuius supplicationi omnes annuerunt

Die sabati 23 ᵃ Junij hora septima mane post sacrum Dnus Bore licentiatus supplicavit ut suo ordine admittatur ad vesperias et doctoratum tam legibilibus quam non legibilibus diebus eiusdem supplicationi omnes annuerunt.

Die Martis 26 Junij Dnus Courtin vesperizatus fuit preside Steph. Gourmelen Decano qui candidato hanc questionem proposuit, an circa cruda cocta salubriora. Dnus vero Lamy loco Dni Liebault, Doctori designato aliam proposuit questionem, an salubris sit vesci fructibus oris crudis quam coctis.

Die martis 10 Julij Dnus Courtin Doctoratus gradum accepit preside Steph. Gourmelen Decano. Dnus Courtin in utramque partem hanc questionem agitavit. An signis physionomonicis corporis affectiones dignosci possunt, cui respondit vir Doctissimus Dnus Jo. Marchant. Decanus vero quesivit an ipsemet corporis affectiones dignoscantur in somnijs cui Dnus Baillou vir doctissimus respondit pro Dno Liebaldo absente.

Eod. Die Dnus Nicolaus Marchant licenciatus ab hinc biennium supplicavit pro vesperijs et doctoratu.

Die Jovis 12 eiusdem mensis convocati omnes doctores in scholas superiores per schedulam hora prima pomeridiana ut decernerent de contentione orta inter duos licenciatos nimirum inter M. Nicolaum Marchant et magistrum Johannem Bore. Nam Dnus Bore qui in postremis licentijs secundum locum obtinuerat volebat immediate post dnum Courtin ad Doctoratum admitti supplicaveratque ante tempus vacationum et iam pecuniam pro vesperijs penes Decanum deposuerat, rogabatque supplex facultatem ut quod iam illi concessum fuerat nimirum ut illi liceret diebus legibilibus et non legibilibus suo ordine ad vesperias et doctoratum admitti, nunc non denegaret

tum quod

tum quod priorem deposuisset tum ~~etiam~~ quod cogeretur
utere quod negotia breui dissederet tum etiam quod in
tempore et suo ordine supplicare censisset.

Dñus vero Marchant qui penultimus superioris licentie fu-
it non suo quidem ordine supplicauisse dicebat excepta
præsentem priorem non habuisse atque ob id in
hunc diem distulisse; cumque iam haberet paratam
priorem rogabat supplex ut vellet facultas eum
admittere et ad vesperias et ad doctoratum ante
Dñum vero cum sit ante ipsum licentiatus. utebatur
ad hæc exemplo Dñi Robert qui tempore
decanatus Dñi Vasquez doctoratus gradum
accepit quamuis quatuor annos antea licentiat-
fuisset, et quamuis tres tum posterioris licentie
doctoratum adepti essent nimirum D.D.D. Akakia
Baillon et Sinclot, tum facultas audita Dñi
supplicatione decreuit ut ante reliquos licentiat-
admitteretur ad vesperias et ad doctoratum.

In illis comitiis ego exposui facultati quod tectum
impluuium scholæ necessario erant resarcienda et
rogauique ut facultas aliquos ex ordine nominaret
qui me iuuarent ut conuenirem cum tectore, qui
viderent quid esset agendum.

Supplicauit etiam Dñus Macaire Medicus
Capellorum ut authoritate facultatis liceret illi
post hac persequi empiricos

facultas annuit supplicationi Dñi Marchant
voluitque cum Dño Bero proferre quod esset antiquior
licentiatus, ea tum lege ut non immoraretur Dñum Bero
sed quam citissime posset ea quæ tum ad vesperias
tum ad doctoratum pertinent expediat.

Voluit præterea facultas ut decanus quos
vellet doctores secum assumat ut conueniant
cum tectore de resarciendis tecto et impluuiis
scholæ

Ad hæc non solum annuit supplicationi Dñi Mac-
sed etiam illi plurimas gratias egit quod tam
libenter aduersus empiricos pugnare vellet

Die Martis septima Augusti Dominus Marescot doctor creatus est a Domino Bailleff viro clarissimo et doctissimo præside.

Die xi octobris ~~[struck]~~ Dominus Bove doctoratus gradum est adeptus præside viro doctissimo et ... Domino Rousselet. Eodem die Dominus Nicolaus supplicavit ut ad Vesperias et Doctoratum admitterentur suo ordine iisque diebus tam legibilibus quam non legibilibus.

Die sabati 13 octobris hora septima mane convocavi omnes Doctores medicos per schedulam in scholas superiores ut deliberarent super tribus capitibus. Primum super celebratione festi divi Lucæ evangelistæ Medicorum patroni. Secundum ut si quis haberet aliquid quod ad nostrum ordinem et ad totius corporis utilitatem pertineat, mercaturæque deferri ad generalia totius regni comitia, proponat. Tertium erat de supplicationibus.

generalia totius regni comitia.

Conclusum fuit festum divi Lucæ et more solito celebrandum. Secundum caput ad celebriora comitia commissum fuit.

Die 18 octobris qui dies divo Lucæ dicatus est hora 10a post sacrum Bedelli duo pro more fasces submiserunt. Maior Bedellus statutum legit ~~qui~~ quo omnibus doctoribus licentiatis et baccalaureis medicis præcipitur missæ pro defunctis interesse ~~die~~ die crastino festi Sancti Lucæ. Vocati chirurgi per ~~[struck]~~ schedulam ut præstarent more solito solemne iusiurandum, non comparuerunt.

chirurgi non comparuerunt

Eodem die dedi singulis doctoribus, decano et duobus bedellis qui omnes sunt numero 83 capitatim unum et assem i.

Tonsorum juramentum

Die Veneris 19 eiusdem mensis post sacrum pro defunctis. Tonsores chirurgi iusiurandum pro more prestiterunt

Die Martis 23 octobris Dns Nicolaus Doctoratus gradum adeptus est preside Dno Le conte professore regio

Chirurgi se excusant et jurant

Die Sabati 27 eiusdem mensis hora septima matutina post sacrum Chirurgi (qui die festo Sti Luce vocati ut prestarent solemne iusiurandum non venerant) iusiurandum more solito prestant seque excusant quod non die ~~[illegible]~~ statuto venerint veniamque deprecantur, quod libenter iis concessum est. 1576

Comitia Academię.

Die 23 Decembris Dominus Rector Clemens Farob. baccalaureus Theologus Sorbonicus indixit comitia apud Mathurinos super aperiendo catalogo nominandorum, et supplicationibus. Supplicavit Dominus Demisor (qui quod superiore anno dialecticam apud Harcurianos docuisset, nunc vero apud eosdem relicto philosophiae curriculo ad primam classem regendam evolasset) ut liceret sibi relicta prima classe cursus ad philosophiam redire; repugnante primario Harcuriano. Apertus est catalogus et Demisori negotium ad selectos viros delatum.

Eodem die Dominus Rector selectos viros ad Sorbonicam domum convocavit deliberaturos super Demisori et aliorum (qui similiter non absoluto philosophiae curriculo ad regendas alias classes migrabant) negotio. Statutum et conclusum fuit omnium suffragiis statuta Academiae esse inviolabiliter observanda, et illa pacta nulla omnino esse quae Academiae legibus derogarent.

Die Lunae 13 februarij Indicta sunt apud Mathurinenses comitia super supplicatione Domini Gilmorij qui postulabat ab Universitate ut sua electio in primarium collegij Remensis a dioecesanis facta confirmaretur. In ijsdem comitijs Dominus de Cuilli licentiatus Theologus omnium licentiatorum nomine postulavit Universitatis admonitionem in lite adversus cancellarium Parisiensem qui ab licentiatis petebat sub saccharij (ut vocant) pro ipsis licentijs. Confirmata fuit Gilmorij electio. et licentiatis admonitio data.

Die Jovis 8 Martii Indicta fuerunt comitia apud Mathurinos super resignatione officii grefurae [?] universitatis quod M Jacobus pelletier resignavit pure et simpliciter M. Joanni literato.
Item super resignatione cuiusdam capellaniae quam pelletier permutationis ergo resignavit adolescenti M Durhey. Item super claudendo rotulo nominandorum. In iisdem comitiis supplicavit Dominus Demsor ut decretum scholasticorum [?] et etiam senatusconsultum de persequendo philo rusticulo, curetur ab ipsa Academia confirmentur.
Supplicavit etiam procurator fiscalis ut subsellium

* quoddam ponatur in capitulo Mathurinensium ante pulpitum ubi scriba, ipse procurator et grefier in ipsis comitiis sedeant.

Quaestura Domino literato data est. Capellania adolescenti Durhey. Catalogus nominandorum clausus. Sententia scholasticorum quia cautum est ne praeceptores collecto rusticulo ad alias classes transeant, confirmata. Locus scribae procuratori et grefieri ubi subsellium ponant concessus

Die Lunae 28 Maii Indicta fuerunt Academiae comitia apud Mathurinenses super duobus articulis quorum prior erat de nominandis aliquot qui Dominum Rectorem comitarentur ~~ad~~ eundo ad legatum Summi pontificis ad monendum et obsecrandum Dominum Cancellarium pro confirmatione privilegiorum universitatis, et pro libello supplici Regiae Majestati porrigendo quo nostra privilegia amplificarentur. Item de colligenda pecunia pro expensis in eiusmodi negotio persequendo. Alter articulus erat de supplicationibus et injuriis.

Conclusum fuit ut libellus supplex regie Majestati
porrigeretur, ~~[illegible]~~ censuerunt preterea omnes, legatum
summi pontificis monendum esse qui nove Academie Dum
Cancellarium rogaret ut ea libellum supplicem —
submittat et nostra privilegia confirmet. preterea
pecuniam esse erogandam ab ijs in quorum utilitatem
cedet libellus supplex.

Admonitio data est Magistro Philippo le ~~[illegible]~~ Bas
bursario collegij bonorum puerorum in vico Sancti
Honorati adversus quosdam qui ipsum collegium
profanarunt.

Die Martis 19 Junij fuerunt comitia apud Mathurinos
super permutatione ecclesie parrochialis Sancti
Andree de arcubus cum prioratu quodam in
favorem venerabilis viri Domini Sanmartinj Doctoris
Theologi. Universi ordines probaverunt istam
resignationem sive permutationem salvo tamen Jure
tertij nationis Gallicane.

Die Martis 24 Julij celebrata fuerunt comitia
* apud Mathurinos in quibus actum fuit de colligenda
pecunia pro persolutione sigilli confirmationis nostrorum
privilegiorum. Conclusum fuit quod singule —
facultates quatuor aureos numerarent, et residuum
pecunie colligendum esse ab ijs omnibus qui privilegiorum
fructibus gauderent. Æqua visa fuit supplicatio
Domini censoris nationis Gallicane qui supplicaverat
ut nemo ad Rectoratus dignitatem admitteretur
nisi per septem annos continuos in grammaticis docuerit, vel
vel philosophie curriculum absolverit, vel in
Theologia baccalaureus formatus sit, vel in
medicina licentiatus

Die Jovis 23 Augusti indicta fuerunt comitia
Maturinensia super supplicatione Petri Cavellat
bibliopole qui petebat sufficj in librarium juratum
loco patris nuper mortui. Item super supplicatione
Nicolai de But qui rogabat sufficj in pergamenarium
juratum loco Henrici le Roy pergamenarii demortui.
Jisdem comitiis magister petrus fortet supplicavit ut
Universitas [illegible] dignum ipsum judicaret qui
primariatu collegii fortetiani fungeretur
utque ipsa Academia in omnibus causam defenderet
suis expensis. Universitas omnino supplicationibus
annuit.

Die Mercurii 12 septembris D(omi)nus Rector ex
mandato Regis convocavit Academiam ut singuli
* ordines duos ex suis nominarent qui interessent
die Lunae 17 eiusdem mensis in aula R. Episcopi
parisiensis generalibus trium ordinum comitiis.
Nr ordo nominavit D(omi)num Brigardum ex mo-
deranum.

Supplicationes Rectoris

Die 13 Decembris Dns Rector M. de Vaulgrenant Baccalaureus Theologus navarricus decrevit ordinarias supplicationes ad sacellum collegij navarrici

Die dominico 18 Martij decrete fuerunt ordinarie supplicationes a Dno Rectore Clemente Jacob Baccalaureo Theologo Sorbonico ad Ædem Divi Mederico faciendas.

Die Lune 18 Junij indicte fuerunt ordinarie supplicationes a Dno Rectore Roze primario philosophorum collegij navarrei, ad sacellum dicti collegij

Die Jovis ix Augusti progressus supplicatorius celebratus est ex decreto universitatis ad Ædem Divi martini a campis pro anno Jubileo. primario Bellonaro Rectore.

Die martis 2 octobris Dns Rector primarius Bellonarus indixit ordinarias supplicationes ad Ædem Divae Bononiensis faciendas.

Ratio accepti ordinarij ~~[struck]~~ posterioris Decanatus Stephani Gourmelen Curiosolitae Britanni quam reddidit die 17 Novembris 1576

Debet adhuc unius reditus duos terminos ad festum Remigij proxime.

Ad finem Decembris debebit duos annos unius reditus.

Primum a Dno de Vigni quaestore urbis pro tribus terminis annui reditus centum librarum — lxxv lt.

Ab eodem quaestore pro reditu annuo decem librarum — nihil

A quaestore Godouyn ex residuo quod debebat Dns de Vigni pater facultati pro quarta parte annui reditus centum librarum finita ultima die Junij 1574 — xxv lt

A Dno Sardean procuratore pro uno anno locationis Scholarum domus quam a facultate conducit — lx lt

A Richardo Chalois pro semianno locationis domus novae ubi habitat — xlix lt xs

A Petro Langlois sutore pro quinque terminis locationis suae domus — cxxvj lt xs

A Joanne Gosse mercatore pro uno semianno locationis sacrae Scholae — xv lt.

Ab heredibus honestae viduae Ludovici pomotier pro duobus annis nondum finitis sed festo Divi Joannis Baptistae — cs

A nobili muliere Anna le Cirier vidua Dni Cousty Regij consiliarij pro annuo reditu duorum annorum finitorum ad natalem Dni 1575 pro obitu M. Theodorici le Cirier Doctoris medici celebrando cuius vidua patris debet omnibus singulis annis centum solidos — Nihil

A communitate Chirurgorum — nihil

A communitate Tonsorum Chirurgorum — nihil

Summa huius paginae deux cent soixante sept livres ts

Recepta a Baccalaureis pro certorum stipendiis a...

A M Jacobo Nicolas —— lxxvij

A M Juliano Bere —— lxxvij

A M Dominico Bourgoing —— lxxvij

A M Germano Courtin —— lxxvij

A M Francisco Chaussin —— lxxvij

Acceptum a Novem candidatis pro anatomia et Schedulis non registratis

1 A M^o Ludovico Drouyn pictaviensi pro anatomia —— xvij

Ab eodem pro Schedulis non registratis —— vij

2 A M^o Thoma Scheriges parisiensi pro iisdem causis —— vij

3 A M^o Claudio Fannelot Senonensi pro iisdem causis —— vij

4 A M^o Nicolao Flerbin Noviomensi pro iisdem causis —— vij

5 A M^o Petro Raynefault pictaviensi pro iisdem causis —— vij

6 A M^o Petro Ailleurs Cenomanensi pro iisdem causis —— vij

7 A M^o Claudio fontaine Suessionensi pro iisdem causis —— vij

8 A M^o Joanne de Cauto parisiensi pro iisdem causis —— vij

A M^o Symone de La croys Altissiodorensi pro iisdem causis —— vij

Summa huius paginae quatre vingts quatre livres quatorze sols ts.

Receptum ab iisdem nomine jam baccalaureis pro bursis baccalaureatus —

1 A m^ro Ludovico Droux quatuor aureos solatos sive — C ij^tt C viij ß
2 A m^ro Thoma Schorion — C ij^tt C viij ß
3 A m^ro Claudio famelot — C ij^tt C viij ß
4 A m^ro Nicolao Herbin — C ij^tt C viij ß
5 A m^ro Petro Quinefault — C ij^tt C viij ß
6 A m^ro Petro Arthuys — C ij^tt C viij ß
7 A m^ro Claudio fontaine — C ij^tt C viij ß
8 A m^ro Joanne Gayot — C ij^tt C viij ß
A m^ro Symone de la croys —

Receptum a Baccalaureis licentiandis pro bursis licentiarum.

1 A m^ro Jacobo Nicolas — CCCv^tt
2 A m^ro Germano Courtin — CCCv^tt
3 A m^ro Juliano Bove — CCCv^tt
4 A m^ro Francisco Choisnyn — CCCv^tt
5 A m^ro Dominico Bourgoing — CCCv^tt

Receptum ab iisdem pro ... hac presentationis

1 A m^ro Jacobo Nicolas — lxx ß
2 A m^ro Germano Courtin — lxx ß
3 A m^ro Juliano Bove — lxx ß
4 A m^ro Francisco Choisnyn — lxx ß
5 A m^ro Dominico Bourgoing — lxx ß

Summa huius Pagine Trois Cens sept livres quatorze sols

Receptum ab iisdem licentiandis pro multa
prout quod non absolverint suas cardinalitias
disputationes ante dominicam quadragesime.

A M° Jacobo Nicolas quatuor aureos et pro re — [illegible]
A M° Germano Couetin — [illegible]
A M° Juliano Bere — [illegible]
A M° Francisco Chesnyn — [illegible]
A M° Dominico Bourgoing — [illegible]

Nota quod ista presentationis et multa sive emenda
debent distribui equaliter omnibus Doctoribus qui
catalogum sive rotulum describent. Media vero pars
bursarum debet pretea distribui equaliter doctoribus
maiorum emolumentorum capacibus.
Vide 2 decanatum Dni Bauldrym. Item 2 decanatum Dni Musell.

Receptum pro vesperiis

A Dno Cotillon viginti aureos — et pro re [illegible]
A Dno Couetin — [illegible]
A Dno Bere — [illegible]
A Dno Marchant — [illegible]
A Dno Nicolas — [illegible]

Receptum in Doctoratibus

A Dno cotillon pro bursis Doctoratus — [illegible]
Ab eodem pro sacello — [illegible]
A Dno Couetin pro bursis Doctoratus — [illegible]
Ab eodem pro sacello — [illegible]
A Dno Marchant pro bursis — [illegible]
Ab eodem pro sacello — [illegible]
A Dno bere pro bursis — [illegible]
Ab eodem pro sacello — [illegible]
A Dno Nicolas pro bursis — [illegible]
Ab eodem pro sacello — [illegible]

Summa huius Pagine. Sept Cens quarante six livres dix sols
Summa totius accepti est Mil quatre Cens cinq livres dix sols

Ratio expensi ordinarij in posteriore Decanatu Steph. Gourmelenj Britanni Curiosolitae reddita die Nouembris 1576

+

Primum ex residuo rationum superioris anni debebantur mihi septuaginta et septem librae et octo denarij — et pono &c — lxxvij lt viij d

Pro honorario superioris anni facultas voluit ut acciperem viginti et quinque aureos solatos et pono &c — lxxv lt vs

In comitiis superioris anni dedi singulis Doctoribus et bedellis capitulum vinum — lxl lt iiij s vj d

Per quittancias. Item pro calculis lignis candela placentulis et vino eo die quo reddidi rationes ordinarias in schola medicorum dedi Symoni Hemon minori Bedello — vj lt iiij s

Item quaestori hospitalis domus dei pro reditu annuo — l s

Item quaestori monasterij Dominae Genouefes pro annuo censu — xxi s iiij d

Per Quittanciam Item Simonj Hemon minori bedello pro cereis in festo purificationis beatae Mariae dedi — lxvij lt xviij s

Per Quittanciam Item eidem Symoni Hemon pro cultellis dedi — lx s

Per Quittanciam Pro instauratione camini et parietis culinae domus scholae quam conduxit Dominus Fardeau — vij lt x s

Per Quittanciam Maiori Bedello Perracdier qui a singulis facultatibus colligebat pecuniam pro confirmatione priuilegiorum Academiae ex praescripto facultatis dedi — quatuor aureos solatos — xiij lt iiij s

Summa huius Paginae Troys Cens vingt cinq liures cinq soultz sixdeniers

Aliud expensum in quodlibetarijs

tessera a 15ß 6d. In quodlibetaria Dni Lussoy die 24 Novembris dedi novem Doctoribus qui disputaverunt —— vi lt [illegible]

tessera a 16ß. Die Jovis prima Decembris dedi novem Doctoribus qui disputaverunt in quodlibetaria Dni Hiron —— vij lt [illegible]

Die martis 10 Januarij in quodlibetaria Dni Beaugrenne —— vij lt [illegible]

Die Jovis 19 Januarij in quodlibetaria Dni Rioland —— vij lt [illegible]

Die Jovis 26 Januarij in quodlibetaria Dni Haultin —— vij lt [illegible]

Die Jovis 16 februarij in quodlibetaria Dni Rigault —— vij lt [illegible]

Die Jovis prima Martij in quodlibetaria Dni Pesseau —— vij lt [illegible]

Aliud expensum in missis et comitijs universitatis et in Rectoris supplicationibus.

Die Lune septima novembris in missa apud maturinos pro defunctis —— xviijß

Die 12 eiusdem mensis apud eosdem maturinos in missa pro Roberto Sorbona —— xvjß

Die Sabati 26 Novembris in missa apud Jacobitas —— xvjß

Die 13 Decembris in ordinaria supplicatione Rectoris ad Garellum collegij navarre Doctoribus, Bedellis, et officiario —— x lt [illegible]

Summa huius Paginæ Soixante & trois livres Cinq soultz six de[niers]

Die 23 Decembris in comitiis universitatis super
aperiendo rotulo nominandorum apud maturinos —— xlviij s

Die 21 Januarij in comitiis universitatis apud
Maturinos super audiendo arresto Curie de
reformatione universitatis et negotio prati
clericorum ubi ppt longam moram singuli
acceperunt tres asses —— xlviiij s

Die 13 februarij in comitiis maturinensibus
in quibus agebatur de reformatione Gilmerij
in principatu collegij Remensis —— xlvj s

Die tertio februarij in missa universitatis ~~ad~~
apud Jacobitas —— xlvj s

Die 8 Martij in comitiis universitatis apud
Maturinos ~~ubi~~ actum fuit de resignatione
quaestoris Academie et aliis quibusdam negotiis — xlviij s

Die 18 ~~Mar~~ Martij in progressu supplicatorio
Dni Rectoris ad templum Divi Mederici
distributum Doctoribus, Bedellis, et offertorio —— xi lt xviij s

Die 28 Maij in comitiis Academie ubi
actum fuit de privilegiorum confirmatione —— lviij s

Decano qui comitatus fuit Dnum Rectorem
ad Aedes Dni Cancellarij pro privilegiorum
confirmatione ~~ubi~~ sub horam septimam mane
ad horam secundam vespertinam —— xxxiij s

Die 18 Junij in supplicationibus Dni Rectoris
ad sacellum collegij Navarre —— vij lt xviij s

Die 19 Junij in comitiis Academie apud Maturinos
super permutatione ecclesie S. Andree cum
quodam prioratu —— xxxvj s

Summa huius Pagine Trente sept livres sept solz.

Die 24 Julij in comitiis Maturinensibus in quibus agebatur de colligenda pecunia pro absolutione sigilli confirmationis privilegiorum Universitatis ——— lvis

Die 9 Augusti in Supplicationibus Domini Rectoris ad Aedem Divi Martini a Campis ——— lis

Die 23 Augusti in comitiis maturinensibus ——— lviijs

Die mercurij 12 Septembris in aliis Maturinensibus comitiis super collatione officij libraciatus et pergamenarij ——— lxiiijs

Die secunda octobris in ordinarijs supplicationibus rectoris ad aedem Sti Benedicti ——— ixlt xs

Aliud expensum in missis et refectionibus facultatis

Die sabati 26 Novembris dedi sacerdotibus pro septem missis et duobus obitibus ——— vlt

Doctoribus et bedellis ——— iiijlt xs

Die sabati xvij Decembris dedi Domino Canot lectori Scholae pro refectionibus superioris anni ——— cccix

Die Sabati ultima Decembris dedi sacerdotibus pro quinque missis ordinarijs et quinque obitibus ——— vilt xvis

Doctoribus et bedellis ——— iiijlt xvis

Eadem die dedi Domino Girault pro refectionibus superioris anni quo fuerat professor pharmaciae ——— cccix

Summa huius Paginae Quinquaginta quatuor librae [illegible]

Die sabati 28 January dedi sacerdotibus pro quatuor missis et duobus obitibus —— iiij ℓℓ xvi ß
Doctoribus et bedellis —— iiij ℓℓ xviij ß

Die sabati 25 februarij dedi sacerdotibus pro quinque missis —— lviij ß
Doctoribus et bedellis —— xlviij ß

Die sabati ultima Martij pro missis vigilijs et obitibus dedi sacerdotibus —— iiij ℓℓ xv ß
Doctoribus et Bedellis —— lxxviij ß

Die ~~dominico~~ in Ramis palmarum in vigilijs —— iiij ℓℓ
Dni de Colonia —— iiij ℓℓ
Die sequenti in missa pro defunctis ——
Die sabati 28 Aprilis dedi sacerdotibus pro sex missis et duobus obitibus —— iiij ℓℓ xviij ß
~~[illegible]~~ Doctoribus et bedellis —— xlviij ß

Die sabati 26 Maij dedi sacerdotibus pro quinque missis —— lviij ß
Doctoribus et bedellis —— xxxviij ß

Die sabati 23 Junij dedi sacerdotibus pro tribus missis —— xliiij ß
Doctoribus et bedellis —— xxxviij ß
Die Jouis 12 Julij quando de rotonoessa Dni marchant et Dni bera factum fuit —— lviij ß
Die festo Sti Lucie nostri patroni quod dictus dedi singulis doctoribus et bedellis reputatur unum et sextum unum —— xx ℓℓ xi ß
Summa huius Pagine Eent singt twaer drejenof soultz. /.

Die sabati 27 octobris in refusione mensium
Julii Augusti Septembris et octobris dedi
sacerdotibus pro ix^{cim} missis et duobus
obitibus ——— vj lt.

Doctoribus et bidellis ——— lxxiiij s

Dns le fon... ordini refu...

Dno de cormeilles pro refusionibus duorum
annorum ——— lxx

Dno Tenot rectori schole pro refusione
unius ~~[illegible]~~ anni ——— xxxij

Dno passart rectori ~~[illegible]~~ schole
pro simili causa ——— xxxij

Dno le Conte ~~[illegible]~~ rectori pharmacie
pro simili causa ——— xxxij

Dno Vavadeo pro refusionibus duorum annorum ——— lxx

\+ Eidem Dno Vavadeo pro xi supplicationibus rectoris ...

Aliud expensum in Licenciis

Dedi septuaginta doctoribus maiorum
emolumentorum capacibus pro uno bursarum
et rotuli cuiusque xl s quae faciunt
summam ——— C xl lt.

Item octo doctoribus maiorum emolumentorum
capacibus pro uno rotuli tm cuiusque
xx s tm ——— viij lt

Summa huius paginae Cent soixante ~~vingt~~ quatorze livres ~~cinq~~ quinze solz

Aliud expensum in Vesperiis

In vesperiis dni Cotillon distribui 76 doctoribus decano et duobus bedellis cuique capitatim i —— lxxij lt viii s

Dns le fevre erat ordini repetitus

In vesperiis dni Courtin 77 doctoribus decano et duobus bedellis —— lxxiii lt.

In vesperiis dni Marchant 78 doctoribus decano et bedellis —— lxxiii lt xvi s

In vesperiis dni Boece 79 doctoribus decano et bedellis —— lxv lt xiii s

In vesperiis dni Nicolas 80 doctoribus decano et bedellis —— lxvi lt viii s

Aliud expensum in doctoratibus pro iure bursarum.

In doctoratu dni Cotillon distribui septuaginta doctoribus quorum quilibet recepit quindecim asses —— lii lt x s

In doctoratu dni Courtin 70 doctoribus — lii lt x s

In doctoratu dni Marchant 70 doctoribus — lii lt x s

In doctoratu dni Boece 70 doctoribus — lii lt x s

In doctoratu dni Nicolas 69 doctoribus — lii lt x s

Aliud expensum

Die xi Aprilis dedi dno Chamelin patrono nostro in senatu tres aureos pistoletz pro litteris descriptionis adversus Ambrosium Pare —— vi lt xiiii s

Dno eiusdem amanuensi qui ipsas litteras descripserat —— xxv s

Summa huius paginae Cinq cens Quatre vingts quinze livres seize solz.

Dno Crozon procuratori nostro in senatu pro residuo premii quod illi debebatur pro confectione inventarii in lite contra dnum Varadum et confectione inventarii in altera lite adversus Ambrosium Pare — iiij lt

Dno Farguet procuratori nro in Castelleto pro ~~[illegible]~~ stipendiis anni 1576 — vi lt

Dno Le Conte dedi 27 ~~[illegible]~~ Aprilis pro premio quam expenderat in lite adversus quendam empiricum turonensem vocatum Odalmo —— xvi lt i s

Die 17 septembris dedi Dno Bryard qui a facultate electus fuerat ut sederet in aula episcopi Parisiensis in comitiis tum populi parisiensis ordinum ubi neglectis privatis negotiis toto die a mane ad vesperum usque expectavit lxiiij s

Decano vacanti de causa —— vi lt viii s

Summa huius Paginae Trente Cinq Livres ~~[illegible]~~ soultz

Summa totius expensi est Mil quatre Cens trois Livres ... sept soultz tournoys. /.

Atque ita summa accepti superat summam expensi de Cinquante deux soultz tournoys.

Mustel   J. Collvez   Le gay

Hubert   Malesfast

Merard

J. Lievault   Rousselet f. 55.
Scholæ Decanus
G. de monanthueil   Granger

Ratio accepti extraordinarii in Decanatu Steph. Gourmelen Britanni Curiosolitae a die sexta novembris 1574 usque ad diem tertium mensis [illegible] 1576

Primum accepi a Dno Lambert 60 s — clxxx lt.
A Dno Du port 60 s — clxxx lt.
A Dno cotillon 60 s — cxc lt.
A Dno Courtin 60 s — cxcv lt.
A Dno Courtin 60 s — cxcv lt.
A Dno Marchant 60 s — cxcviii lt.
A Dno Bore 60 s — cxcviii lt.
A Dno Nicolas 60 s — cxcviii lt.
A Dno Du breill pro licentiis 6 s — xix lt. x s
Ab eodem pro vomibus [illegible] le conte — l s
Ab eod. pro pro doctoratus [illegible] lambert, [illegible], Du port, cotillon, courtin, Marchant Bore et Nicolas — vi lt
Item ab eod. Du breill pro rationibus anni superioris et [illegible] sibi [illegible] [illegible] — xxxiii s

Summa totius accepti ~~ordinarii~~ extraordinarii est. Quatre centz trente escuz sol et douze solz tournois vall. — xii c iiii xx x lt xii s

+

Ratio expensi extraordinarii in Decanatu Stephani Gourmeley Britanni Curiosolitæ a die sexta nouembris 1574 usque ad diem tertiam eiusdem mensis 1576 [illegible] in ædibus Dni Varadei regii medici et [illegible]

Primum dedi Dno le Conte Decanatu suo abeunte quinquaginta libras turonenses et [illegible] quæ summa illi debebatur a facultate pro expensis extraordinariis ut constat ex rationibus ipsius Dni le Conte — et pro [illegible] — L.lt [illegible]

Item nouem Doctoribus qui aderant in comitiis extraordinariis pro eiusdem Dni le Conte dedi cuique sexaginta [illegible] videlicet

Dno [illegible] — lx s

Dno Colice — lx s

Dno le grand — lx s

Dno le gay — lx s

Dns Demsot [illegible] voluit accipere.

Dno Violaines — lx s

Dno le Conte — lx s

Dno le gros — lx s

Dno Capel — lx s

Dno Marescot — lx s

Decano duplum — vj lt

Dno fiende [illegible] pro annuo stipendio sue lecture — C iiij lt [illegible]

Dno Tenot pro simili causa — C iiij lt [illegible]

Viduæ quondam Dni [illegible] quæ [illegible] Dno Baron procuratori in Senatu pro annuo reditu C lt quam summam illi facultas debet singulis annis — C lt

Summa huius 1æ paginæ est. ~~[illegible]~~ m lxxx [illegible]

Vicini Dni. Baron remensis pro eodem ipso
vidit scrinio — C tt

Joanni Vosin pavimentario pro restauratione
et refectione pavimenti in duobus viis
citra Scholas — lvii tt

pro expensis quas ipse Voisin obtinuerat contra
facultatem in castelleto facultate non vocata — xviii s. x d.

Dno Marchant quem vocavi dum metiremur
ipsum pavimentum — xvi s.

Decano pro simili causa — xxxii s.

Dno Conot pro media parte summi stipendii — xlviii tt

Dno Passart pro simili causa — xlviii tt

Dno Marchant qui visitavit cum tectore
tectum ipsarum scholarum antequam reficeretur — xvi s.

Decano pro simili causa — xxxii s.

Tectori qui instauravit totum tectum ipsius scholae
et conventione cum ipso facta — CL tt

Sociis ipsius tectoris pro vino dedi — xxxii s.

fabro lignario qui lignum quoddam adaptavit
sub tigno extra prominens quod impluvium retineret — vi tt xii s.

Dno Marchant qui visitavit tectum instauratum — xvi s.

Dno Conot pro eadem causa — xvi s.

Decano pro simili causa — xxxii s.

Dno Conot professori in Schola
pro altera media parte sui stipendii — xlix tt x s.

Dno Passart altero professori pro simili causa — xlix tt x s.

Summa huius 2ae Paginae est v c. [illegible] l tt

fabro ferrario pro duabus clambus pro hostio et fenestra bibliothece et pro cardinibus ferreis pro fenestra —— x s.

Vitreario qui fenestras schole et bibliothece instaurauit —— —— xix s.

Eius famulis pro vino —— v s.

Summa huius tertie pagine est —xx l. x s.

Summa totius expensi extraordinarij est.
Neuf cens douze liures quatre solz tournois.

Atque ita summa accepti cum summa expensi collata, hanc superat de trois cens soixante dix huict liures huict solz t. quam à predicto D. Gourmelen accepit Claudius Rousselet Decanus presentibus viris subsignatis.

Richarade Collier

Marchant

Girard

Catalogus literarum quas ego Steph. Gourmelen non ita pridem Decanatu defunctus reddidi ~~Dno Rousselet~~ ~~Decano~~ facultati

Primum, exemplar diplomatis Caroli ix Regis Christianissimi quo permittit facultati accipere a novis Doctoribus (praeter pecuniam consuetam) sexaginta aureos solatos ad splendorem facultatis retinendum.

Exemplar litis Dni Cavadei contra facultatem.

Arrestum contra pharmacopeos et empiricos papiraceum datum die 3° Augusti 1537 non signatum

datum 1535 — Aliud arrestum contra empiricos papiraceum non signatum posui in scrinio nostro contra Ambrosium Pare Chirurgum de legis scribe[illegible] cerit

Aliud arrestum adversus eosdem empiricos et pharmacopolas membranaceum quo superiora duo confirmantur et signatum

Schedula papiracea a Dno Postel Doctore Medico sua manu signata qua fatetur se debere facultati sexaginta aureos

Nota quod dedi Dno Jacquart procuratori nostro in Castelleto contractum emptionis sextae partis domus nuper a facultate emptae iuxta scholas a Nicolao Chambort heredes(?) domus urbanae et procuratore Joannis Milsent Apothecario

Dedi praeterea eidem Jacquart duas [illegible] quittances(?) [illegible] a Joanne Bourrier [illegible] et [illegible] a Katerina [illegible] [illegible]

Has literas ego accepi a Dno Le Conte qui ante me Decanatu functus fuerat

Alia schedula papiracea a Dno Girard [illegible] Doctore medico sua manu signata qua fatetur se debere facultati sexaginta aureos solatos.

Acceptilatio a Reverendo patre, fratre Josepho Foulon Abbate monasterii sancte Genovefes qua idem Abbas fatetur se accepisse a M° Jacobo Carpentario Doctore medico et tunc facultatis Medicinae decano, summam quadringentarum et sexaginta librarum pro indemnitate ut aiunt domus nuper a facultate empta. Hec acceptilatio et manu ipsius Rev. Abbatis sigillo Monasterii eius signata est, cera viridi, et in membrana descripta eam mihi dederat Dnus J. faber Doctor medicus.

Mogrant

Marescot

Liebault

de Verneuil

Le Conte

de monanthueil

Brigard

Arondeau

Hérard

Nicolas

Rigault

RERUM GESTARUM HISTORIA

In Priore Decanatu Claudij Rousselet Lutetiani. Anno Domini 1576.

ANNO CHRISTI SERVATORIS SUPRA MILLESIMUM Quingentesimum Septuagesimo sexto, Die Sabbati 3. mensis Nouembris festum omnium Sanctorum proximè sequente, Indictis à D. Stephano Gourmelen Decano suo magratu defungente per schedulam pro more Comitijs, omnes ferè Doctores sub octauam matutinam in Scholas superiores conuenêre, de duobus, peracto diuino Missæ Sacrificio, rerum capitibus potissimum deliberaturj: nempe de noui Decani creatione, & Medicinæ in Jatrica Schola, necnon Pharmaciæ professoris electione. His adiunctum est tertium caput, quod est petitionibus siue supplicationibus accomodatum. Primum itaque seruata, vno omnium consensu, ea quæ post annos decem vsurpata fuit, electionis formula, singulorum, qui tum aderant, Doctorum nomina singulis quæque tabellis Inscripta, seniorum quidem seu maioris ordinis, in vnam, recentiorum verò, seu minoris, in alteram vrnam (Vrnæ loco Galerus erat) conijciuntur. Atque ex illa quidem tres, ex hac autem duas casu obtingentes tabellas Decanus Gourmelen sua manu deprompsit. Ex tribus illis vna D. Symonis Pietre virj medendj scientia & vsu exercitatissimj, altera D. Albertj le febure non vulgarj eruditione præditj, tertia D. Petrj Girout hois Integerrimj ac peritissimj nomen continebat. E duabus autem alijs prior sapientissimj D. Joannis fabrj, posterior D. Joannis Riolant, ingenij acumine, dicendique facundia ornatissimj nomen complectebatur. Hj igitur quinque virj, ad quos summa, totius Jatricj ordinis consensu, eligendj Decanj potestas redacta erat, data prius fide præstarj solita, in Sacellum secedunt, Diuinj numinis opem atque auxilium in eo Electionis ritè obeundo munere supplicibus votis Imploraturj. Inde reuersi, tres ex vniuerso Doctorum ordine (duos nimirum seniores, vnum verò Juniorem) ad eum supremum totius ordinis magistratum benè gerendum

maximè Idoneos viderj sibj, renunciant; D. Philippum Allen, D. M elem Marescot (viros mehercule non solum admirabilj doctrina co cuos, verumetiam omnj virtutis splendore, vereq laudis comenda Insignes) & me Claud. Rousselet nihil tale cogitantem, licet p sex annos semel atq iterum à superioribus electoribus nominatum. Tandem nostra nomina tribus seorsim tabellis Inscripta, sola mitt in vrnam, & varie huc illuc versantur: vt is è tribus, cuius nome ex vrna sorte quadam Decanj defungentis manu depromptum esse Decanus statueretur. Itaq oblata fortuitò ad manum & depromp ea tabella, quæ inscriptum nomen meum Claud. Rousselet cotineb vt olim repugnante, ita nunc electionem approbante fortuna, Decan sum nullo meo merito, palam ac publicè à D. Gourmelen proclama & constitutus. Tunc igitur prædicto D. Gourmelen magratu cedente ego, post præstitum veterj more Decanj Juramentum, arcæ facultat clauem, paruumq sigillum & Statutorum librum, atq vnà cum ip totius scholæ Iatricæ curam, rerumq gerendarum administrationem (duram quidem certè, meisq viribus Imparem, sed honestam, & Ingenuo ac liberalj homine dignam prouinciam) applaudentibus omnibu nemine repugnante suscepj: quam vt Deus Opt. Max. suis auspicijs inchoatam semper prosperare, & ad fœlicem exitum tandem aliquan perducere dignetur, etiam atq etiam exopto. Porrò qm nihil est tam inhumanum, tam Immane, tam ferum, quam committere, v beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare; iccirco omnem Ingratitudinis labem effugere cupiens, non Dominis Electoribus modò, qui tum olim tum hodierno die ista Inauguratione propensæ in me voluntatis atq animj significationem dederant, verumetiam religiosis Doctoribus vniuersis, qui communj atq vnanimj hodiernæ Electionis approbatione suam omnium beneuolentiam erga me aperte declarauerant, quantas potuj, equidem ex aio gras egi: quod me summo illo magratu, eximioq honoris ac dignitatis gradu non omnino Indignum existimassent, quj non nisi virum decet, fide, religione, vitæ Innocentia, morumq Integritate conspicuum, doctrina propè singularj, & varia ac multiplicj scientiarum cognitione præstantem, demiq in disiudicandis acrj iudicio, &

admirabilj

admirabilj in rebus agendis prudentia circumspectum. Quæ omnia in reliquis eo munere defunctis summa cùm intelligerem extitisse, In me verò prorsus esse nulla, aut minima quidem certè non inuitus agnoscerem, multoq vehementius ęgrè ferrem: ab ijs postulauj, vt hanc meam Inopiam posthac suo consilio, fauore, atq Industria subleuarent: pollicitus me, in ijs rebus quæ ad mej officij raōnem, & totius n̄rj ordinis decus, authoritatem, commodum, vtilitatemq pertinet, non passurum à quoquam Iure desiderarj diligentiam meam: Acquoniam totius Scholæ dignitas, splendor atq integritas in perpetua & constantj legum ac Statutorum illius obseruatione tota consistit, daturum me operam, vt quæ à maioribus rectè sapienterq Instituta fuêre, Inuiolata seruentur. Postremò rogauj, vt quam illj qui hunc antea magistratum gesserant, omnium ac singulorum beneuolentiam erant expertj, eam mihj hodierno die parj cum illis munere fungentj, cùm in huius Iatricæ Reipub. administraōne, tùm in priuata, siqua forsan (quod minimè spero) illata fuerit Iniuria, nominis mej defensione vltrò liberaliterq præstarent. Quod si mihj ab illis tribuj concediq sentirem, effecturum totis viribus, vt grato hominj beneficium contulisse nunquam pœniteret. Hanc meam gratiarum actionem omnes tacitis animis Iucundè excipientes, meis petitionibus libenter annuerunt.

Quod ad alterum propositæ deliberaōnis caput, de eligendis Scholæ & Pharmacopœorum professoribus, attinet, eadem prorsus est obseruata electionis ratio. Igitur quinq illj superius commemoratj Electores denuo sacellum ingressj, implorato, vt prius, diuino numine, Inde redeuntes, tres primum Doctores tribus sigillatim papyraceis tabellis Inscriptos in vrnam conijciunt, è quibus vnus M. Nicolaus Millot, deprompta fortuitò eius nomen continente tabella, Scholæ professor in locum Dnj. Thenot, est nominatus: Deinde aliorum etiam trium Doctorum nomina, parj papyracearum tabellarum numero seorsim comprehensa in vrnā pariter mittunt, è quibus vnus M. Nicolaus Ellain parj sortitionis ratione Pharmacopœorum lector in locum M. Martinj Girard est designatus: prorogatus verò in sequentem annum D. Passart, & D. Le Conte, hic vt Pharmacopœos, ille Medicinæ studiosos in Scholis doceret. /.

Quodlibetariæ disputationes.

Anno Dnj. 1576.

Die Jouis, 15. mensis Nouembris 1576. disputauit de Quodlibetaria xxi ordinem M. Joannes Cotrillon, respondente Ludouico Dreux Pictauensi de hac quæstione, An spiritus generationis principium?

In hac autem prima disputatione Quodlibetaria singulorum Jatrici in ordinis Doctorum noīa & cognomina à maiore Apparitore seu bidello, p veteri more, palam ac publicè sunt recitata, eo qui sequitur, ordine:

Sequuntur noīa & cognomina honorandoru Magrorum nostrorum Regentium Saluberrimæ facultatis Medicinæ Parisiensis Vniuersitatis: Et continuabunt suas lectiones, vid

1. Magister Hieronymus Varade Regis Medicus, eidemq à Secretis.
2. Magister Vincentius Mustel.
3. M. Petrus Collier.
4. M. Nicolaus Le Grand. Medicus Regius
5. M. Joannes le gué.
6. M. Gerardus Denisot.
7. M. Oliuarius Violaines.
8. M. Joannes Huguet.
9. ~~M. Robertus Greaulme~~ Obijt die. 2 Decembris. 1576.
10. M. Nicolaus Jacquart
11. M. Symon Pietre
12. M. franciscus Brigard Medicus Regius.
13. M. Petrus Laffile. Medicus Regius.
14. M. Ludouicus Duret. Medicus & Professor Regius.
15. M. Gulielmus Robineau
16. M. Nicolaus Cormeilles
17. M. Ludouicus Cochin.
18. M. Philippus Allen
19. M. Joannes Lestelle.
20. M. Symon Seguin.
21. M. Marcus Myron. Regis Prothomedicus.
22. M. Petrus Touzet.

M. Joannes.

23. M. Joannes Rochon.
24. M. Petrus Rauin
25. M. Mauricius La Corde
26. M. Joannes Liebault.
27 M. Stephanus Gourmelen.
28. M. Claudius Bailly.
29. M. Claudius Rousselet Decanus.
30. M. Joannes Le Contes Professor Regius & Lector Pharmacopolar.
31. M. Augustinus frondebeuf.
32. M. Petrus Girous.
33. M. Albertus Le febure
34. M. Symeon Malmedy. Professor Regius Eloquent.
35. M. Ludouicus Thibault.
36. M. Joannes Vernueil
37. M. Gulielmus de la barre
38. M. Nicolaus Le Gros.
39. M. Gulielmus Cappel.
40. M. Philibertus Laudenot
41. M. Michaël Marescot.
42. M. Joannes faber.
43 M. Bartholomeus Passart. Scholar Professor
44. M. Yuo Marchant.
45. M. Martinus Girard.
46. M. Lazarus Thenot.
47. M. Euuertius Aragon.
48. M. Anthonius Du val.
49. M. Henricus Monanthueil Regius Mathemat. Professor
50. M. Petrus La Bistrate
51. ~~M. Nicolaus Sellier~~. Obijt 28. Maij. 1577.
52. M. Martinus Akakia Regius Chirurg. Professor.
53. M. Gulielmus Baillou.
54. M. Nicolaus Millot. Scholarum Professor

55. M. Nicolaus Ellain. Lector Pharmacopolarũ.

56. M. Hugo Prevosteau.

57. M. Herricus Blacuod.

58. M. Joannes Lamy.

59. M. Claudius Balin.

60. M. Andreas du breil.

61. M. Joannes Martin

62. M. Bonauentura Grangier

63. M. Bartholomæus Perdulcis.

64. M. Claudius Rebours.

65. M. Petrus Lamer.

66. M. Jacobus Marant.

67. M. Joannes le pescheur.

68. M. Sulpitius Rigault.

69. M. Joannes Haultin

70. M. Joannes Riolant

71. M. Joannes Beauchesne

72. M. Egidius heron.

73. M. Gulielmus Lusson.

74. M. Nicolaus Lambert

75. M. franciscus du port.

76. ~~M. Joannes Cothillon~~ obijt apud suos agens.

77. M. Germanus Courtin

78. M. Nicolaus Marchant

79. M. Julianus beré.

80. M. Jacobus Nicolas.

His postea additus est Magister Dominicus Bourgoing: qui 15. mensis Januarij proxime sequentis Doctoratus Lauream est assequutus. C.

Catalogus Baccalaureorum

M. Petrus Luynesault Pictauensis — Die Jouis.

M. Ludouicus Dreux Pictauensis

M. Joannes de Gayette Lutetianus

M. Symon de la Croix Antissiodorensis

M. Petrus Arthuys Cenomanensis

M. Claudius fauuelet Senonensis

M. Thomas Scourson Lutetianus.

Die Iouis. 22. eiusdem mensis disputauit de Quodlibetaria extrà ordinem M. Germanus Courtin, respondente Thoma Scourson Parisien. de hac quæstione, An humores temperamentis analogi?

Die martis. 4. Decembris disputauit de Quodlibetaria extrà ordinem M. Nicolaus Marchant, respondente Joanne de Gayette Lutetiano, de hac quæstione, Est-ne fœtus ~~matri~~, quàm patri similior?

Die Iouis. 13. eiusdem mensis disputauit de Quodlibetaria extrà ordinem M. Julianus Bere, respondente Petro Arthuys Cenomanensi, de hac quæstione, An omnis à temperamento facultas?

Die Iouis. 17. mensis Januarij. 1577. disputauit de Quodlibetaria extrà ordinem M. Jacobus Nicolas, respondente Petro Quyneffault Pictauensi, de hac quæstione, An par fœminis omnibus mensium necessitas?

Die Iouis vlt. ~~februarij~~ eiusdem mensis disputauit de Quodlibetaria extrà ordinem M. Dominicus Bourgoing, respondente Symone de la Croix Antissiodorensi, de hac quæstione, An vt sanis, sic ægris vinum conferat?

Die Iouis. 14. februarij disputauit de Quodlibetaria in ordine M. Jacobus Marant, respondente Claudio Famielet Senonensi, de hac quæstione, An Cacochymiæ salutaris Inedia?

Disputationes Cardinalitiæ. Anno Domini. 1577.

Die Iouis. 14. Martij. 1577. respondit de Cardinalitia quæstione M. Joannes de Gayette Lutetianus, preside D. Gulielmo de la barre. Quæstio autem erat, An In peracutis, turgente materia, eodem die purgandum?

Die Iouis. 28. eiusdem mensis respondit de Cardinalitia quæstione M. Petrus Arthuys Cœnomanus, preside D. Joanne de Vernueil. Erat autem quæstio talis, Est-ne Arthryticis vtraqz vacuatio conueniens?

Diè Iouis. 23. Maij. respondit de Cardinalitia quæstione M. Symon de la Croix Antissiodorensis preside D. Ludouico Thibault. fuit autem hæc quæstio, An ad Hepatis Scyrrhum necessariò sequatur Hydrops?

Diè Iouis. 20. Junij respondit de Cardinalitia quæstione. M. Ludouicus Dreux Pictauensis, preside D. Symeone Malmedy. Hæc autem fuit quæstio, An ὁμοιότροπα tantùm Cathartica miscenda.

Vesperiæ.

Diè martis. 8. Januarij. 1577. Vesperisatus fuit. M. Dnicus Bourgoing preside D. Augustino frondebeuf, qui quidem preses hanc Candidato quæstionem proposuit, Est-ne cibus calidior hyeme salutaris? Alteram vero D. Le Conte vtrinq agitauit, & dicto Bourgoing desiniendam reliquit, An plenior cibus hyeme confert?

Doctoratus.

Die Martis. 15. Januarij. 1577. M. Dominicus Bourgoing. Doctoratus gradum in Scholis est assequutus, preside sapientissimo viro, D. frondebeuf. Ac Neodidascalus quæstionem hanc, An aurj assumendj vsus probandus? vltrò citròqz agitatam, D°. du Val discutiendam desiniendamq proposuit: alteram verò præses vtrinq pariter agitatam, terminandam reliquit D°. Beauchesne., qui Dnj Le Conte ægrotantis vicem gessit, An gemmarum assumendarum probãdus vsus?

Antequodlibetariæ.

Antequodlibetariæ Disputationes seu Pastillariæ Anno Domini 1576.

Die Martis. 13. mensis Novembris. 1576. disputavit de Pastillaria M. Joannes Cothillon, & proposuit quæstionem Candidato, An menses decolores purgationis necessariæ Indices? Alteram verò quæstionem D. Liebault discutiendam proposuit Dño Passart, An mulierculæ Impuberes pariant?

Die mercurij. 21. eiusdem mensis disputavit de Pastillaria M. Germanus Courtin, & quæstionem hanc proposuit Candidato, An Temperamentum simul cum semine à generante transfunditur? Alteram verò quæstionem D. Gourmelen proposuit M. Yvonj Marchant definiendam, sub hoc verborum contextu, An formatrix facultas à temperamento?

Die Lunæ. 3. Decembris disputavit de Pastillaria M. Nicolaus Marchant, & hanc Candidato proposuit quæstionem, An vinum febricitantibus salubre? Alteram verò quæstionem D. Bailly definiendam proposuit M. Martino Girard, sub hac verborum serie, An vinum Quadragenario Arthrytide biliosa laboranti salubre?

Die mercurij. 12. eiusdem mensis disputavit de Pastillaria M. Julianus Beré, & proposuit quæstionem Candidato, An febri quartanæ Catharticum salutare? Claudius autem Rousselet Decanus alteram proposuit definiendã D°. Thenot, hanc scilicet, Est-ne Paroxysmi die moliendã purgatio?

Die mercurij. 16. mensis Januarij. 1577. disputauit de Pastillaria M. Jacobus Nicolas, & hanc Candidato quæstionem proposuit, An Virgines decolores ab vtero. D. verò Beauchesne Dnj Le Conte ægrotantis vicem gerens, alteram proposuit Dno Aragon definiendam, hanc nimirum, An ijsdem Anastomotica & Ecphrastica medentur?

Die martis. 29. eiusdem mensis disputauit de Pastillaria M Dominicus Bourgoing, & hanc quæ sequitur, vltrò citroq agitatam Candidato proposuit quæstionem, An fames merj potione sedatur? Alteram verò Dominus frondebeuf, definiendam proposuit Dno du Val, An dolores oculorum merj potio soluit?

Comitia Facultatis Medicinæ
Anno Domini. 1576.

Die Sabbati 3. mensis Novembris. 1576. convocata facultas pro veteri more, ad novi Decani in locum D. Gourmelen magratu defungentis electionem, & ad duorum lectorum, unius quidem, qui Medicinam in Scholis studiosis huius artis, alterius verò, qui Pharmaciā pharmacopoeis profiteretur: me Claudium Rousselet nec cogitantem, nec expectantem Decanum creavit, Scholæ autem ordinarium professorem Medicinæ, Dominum Milot, Pharmacopœorum verò doctorem Dominum Ellam esse voluit, idque electionem comitante fortuna. Electores porrò fuerunt quinque viri integerrimi & omni scientiarum genere clarissimi; DD. Pietre, Le febure, Giroust, faber, Riolant.

Die Iovis 8. eiusdem mensis, convocatis in superiores Scholas magna frequentia Doctoribus, ut ~~de~~ sublevandæ publici nostri ærarii propè exhausti inopiæ, collatis eò singulorum consiliis ~~ageretur~~ ratio iniretur: placuit nonnullis adimi in posterum summam novem capitatorum seu testilium, quæ novem Doctoribus in unaquaque ~~quæstione~~ Quodlibetaria concertatione disputantibus tribui solebat, idque muneris (disputandi scilicet & baccalaureorum nostrorum ingenium probandi) nulla proposita mercede, sponte liberaliterque ex officio nostro esse obeundum: et eam pariter pecuniam quæ viritim in Vesperiis & Pastillariis olim distribuebatur, nunc ad eam moderationem revocari, ut in illis decem, in his quinque asses unicuique Doctori præsenti duntaxat, & in subselliis in decenti habitu sedenti tribueretur. Verum reliquis multò pluribus aliter sentientibus, vicit numero ea sententia, qua statutum est, nihil omnino de veteri consuetudine (quantumvis ad id rei angustia nos premeret) Institutoque maiorum esse detrahendum, nihilque prorsus innovandum: verùm in omnibus actibus, comitiis, missarum celebrationibus, publicis lustrationibus, & cæteris omnibus antiquum distribuendæ pecuniæ morem ubique perpetuò constanter esse retinendum:

ea tamen lege & conditione, vt ij demum qui decenti habitu in subsellijs sedentes actibus ipsi Interfuerint, nisi morbi aut carceris legitima excusatio adsit, (nullo presertim in suum locum ad disputandum in Quodlibetaria substituto) illius emolument. fructum percipiant. De Chirurgis autem publicè in Academia

De Chirurgis

docendi licentiam pridiè sibi fieri à Rectore publicis in Mathurinensi comitijs postulantibus, ea fuit communis omnium sententia, vt quoniam se discipulos nros Jureiurando hactenus sunt professi, primum quidem à nobis blandè leniterque moneantur, vt in eo quod multis iam annis data fide sunt polliciti, erga nos praeceptores suos officij genere sese contineant: tum si id facere recusent, aut quippiam praeter officij sui rationem contra Jatrici nri ordinis splendorem ac dignitatem moliantur, eorum temeritas nostra authoritate sedulò coërceatur.

Die Sabbati: 17. eiusdem mensis D. Gourmelen recens Decanatu functus rationes ordinarias reddidit in Burello facultatis, conuocatis per me ea gratia Doctoribus: qui omnes vno ore eas approbarunt, & grata acceptaque habuerunt omnia quaecunque ab eo, temporis sui Decanatus gesta fuerant, eique pro honorario offerendam esse censuerunt summam vigintiquinque coronatorum aureorum. Porrò cum auditis ac probatis illius Rationibus, nihil ordinariae pecuniae praeter asses quinquaginta duos reliquum esset, minimeque aequum videretur, alienae amplificandae causa, meae ipsius rei familiaris Jacturam facere, plerisque antiquioribus ita sentientibus (quorum Judicio standum putaui) quibusdam Junioribus licet aegrè ferentibus, eò tandem res rediit, vt nihil tum pecuniae Doctoribus ob aerarij nostri penuriam, distribueretur. Quod vt oes aequi bonique consulerent, obnixè rogaui, cum presertim facile Intelligerent, si de meo quicquam Impertiri licuisset, nullam mihi fore, ante annum vnum & dimidium, ac propè biennium, eius recuperandi facultatem.

Die Jouis

De Chirurgis

Die Jouis 22. eiusdem mensis conuocatis in Scholas superiores Doctoribus vt de refrenanda Chirurgorum publicè docendi in Academia facultatem sibi concedi postulantium audacia & peruicacitate denuò consilium iniretur, visum est cum istiusmodi refractarijs hominibus summo Jure esse agendum, ac sedulò elaborandum, vt ab ea professione arceantur. Cumque exposuissem vnilij perendie Indicta esse priuata apud Rectorem Comitia, quibus ea controuersia deputatorum, (apud quos Chirurgi sua, quæ in Mathurinensibus Comitijs tantoperè Jactabant, Diplomata deponerent) Judicio dirimeretur: selecti sunt è nostro ordine viri & authoritate Insignes, & acri Judicio præditi, eximiaque in rebus agendis prudentia circumspecti: D. D. Mustel, Le Grand, Denisot, Pietre, Jacquart, Brigard, Laffilé, Duret, Rochon, Gourmelen, Bailly, Le Conte, faber, Vernueil, Marescot, Akakia, Haultin: qui omnes aut saltem plurimi cum Decano ad Rectorem proficiscerentur, vt in eo conuentu pro tuenda nostri ordinis dignitate & authoritate nimium temerarijs Chirurgorum Insultibus sese fortiter opponerent, remque posteà omnem vti gesta esset, vniuerso ordini renunciarent, vt quid in posterum opus facto esset, maturo omnium consilio statueretur. Porrò ne isti posthac objiciant sibi dëesse Chirurgiæ professorem, eoque nomine se Chirurgicum docendi munus postulare, postulauit D. Laffilé, vt quemadmodum duo ex nostro ordine Medicinam in Scholis publicè docent, itemque Pharmaciam alij duo, Ità etiam duo, qui non minore studio ac diligentia publicum in Scholis docendæ Chirurgiæ munus obeant, è nostris eligantur.

Die martis. 4. Mensis Decembris, magno in Scholas superiores facto Doctorum concursu, quatuor deliberationis capita proposui: quorum vnum erat de Archidiaconi Scholarum electione, quam Philiatri porrecto supplici libello postulabant: alterum verò de pacti siue contractus Inter nos & Tonsores Chirurgos iampridem Initi renouatione: tertium de ea quam superioribus Comitijs D. Laffilé postulauerat, electione

duorum ex nostro ordine, qui publicè Chirurgiam in Scholis doceant: quartum deniq; de articulis quos D. Ellain descripserat ab vniuerso ordine probandis aut Immutandis, & in publico trium Ordinum conuentu coram Rege proponendis. Placuit harum quatuor rerum summam referri ad selectos viros, sex nimirum priores è maiori ordine, & quatuor è minori: sic tamen, vt si quis ex illis decem adesse propter occupationes non possit, qui absenti ordine proximus fuerit, illius locum subeat: addita etiam ea cautione, vt hic selectorũ conuentus sine vllis sumptibus facultatis fiat, & quæ viri selecti maturo consilio statuerint, ea postmodum toti ordini renuncietur, quò ijs calculum addat.

Die Lunæ. 10. eiusdem mensis, Iuxta conclusionem facultatis factam die martis p̃cedente, conuocati sunt per me selecti Doctores: qui omnes vno ore in eam sententiam descenderunt, vt Contractus cum Tonsoribus Chirurgis iuxta illorũ petitionẽ pro more antiquo renouaretur: duo ex n̄ro ordine Doctores electi Chirurgiã in Scholis docerent: & nouus Archidiaconus modo sequenti eligeretur.

Archidiaconi Scholarum Electionis modus.

Primùm quidem, quod ijs duntaxat Scholasticis eligendi Archidiaconi Ius atq; facultas concedetur, qui in Commentarijs facultatis per Decanum fuerint Inscripti (vulgò Immatriculati dicuntur) & pro tali Inscriptione, & fœlici illorum in Iatricam Scholam receptione seu Immatriculatione singuli persoluerint coronatũ aureũ.

Item, Quod ex Immatriculatis Scholasticis Is tantùm Archidiaconus eligetur, aut ~~[illegible]~~ prorogabitur, quotannis, circa Idus Nouembris, in Scholis, coràm duobus ordinarijs Scholarum lectoribus & Decano, qui magister fuerit in Artibus, aut saltem cursum in Artibus absoluerit, si fieri possit, & cuius perspecta fuerit morum probitas, & in lectionibus Scholarum ac disputationibus audiendis assidua diligentia.

Item, quod

Item, Quod ita electus ~~Archidiaconus~~ Archidiaconus, fideiussorem seu sponsorem dabit Decano & duob: lectoribus Scholarum.

Item, Quod pecuniã pro Immatriculatione à Scholasticis acceptam Archidiaconus apud se bona fide ~~apud se~~ seruabit, ad Impensas in publicis corporum dissectionib: faciendas: sic tamen vt Is teneatur quotannis reddere rationem accepti & expensi coram Decano, duob: Scholarum lectoribus, & Scholasticis Immatriculatis: & siquid ex Impensis illius pecuniæ reliquum fuerit, in Decani manibus reponatur, & apud eum, ad Theatri publici dissectionib: Anatomicis dicati futuram (siquando per facultates licebit) constructionem reseruetur.

Item, Quod si electus Archidiaconus administrandæ corporum dissectionis peritus fuerit, corpora in Scholis dissecabit, nullo sibi assumpto eius rei perficiendæ socio, sine consensu & approbatione Decani & Lectorum: sin autem Imperitus secandi fuerit, alter à duobus Scholarum lectoribus, vnâ consentiente Decano, eligetur, qui id muneris rectè conuenienterq; exequi possit.

Item, Quod Archidiaconus pro mercede sua accipiet à quolibet Scholastico conscribendo, seu vt vulgò loquuntur, Immatriculando duos asses.

Postremò, Quod nullus in Medicinæ facultate Baccalaureus, aut Licentiatus, nullusq; Chirurgus eo Archidiaconatus officio fungi poterit.

Hæ sunt à selectis è nrõ ordine viris sancitæ eligendi Archidiaconi leges & conditiones: quas hoc loco describere operæpretiũ esse duxi, ne rei huius Ignoratio vllam in posterum (quod mihi nuper magno meo mœrore contigit) tumultus in nostra Schola, & perturbationis afferat occasionem.

Quod aũt ad articulos à D. Ellain descriptos attinet, ex iis nonnullos omninò expungendos, reliquos breuiorib: quidem & significantiorib: verbis explicandos, & circò Patrono seu Causidico cuidam disertissimo & eloquentissimo per me tradendos esse, censuerunt.

Die Jouis . 13 . eiusdem mensis, conuocatis In superiores Scholas magna frequentia Doctoribus, duo sunt à me in deliberatione posita : vnum quidem de cuiusdam boni ciuis electione, qui rogatus à nobis, articulos nr̃os in publico trium Ordinum conuentu coram Regia maiestate proponendos (quos iuxtà Selectorum Doctorum consilium disertissimo Patrono fœcunda breuitate describendos, & significantioribus verbis exornandos antea commiseram) Blezas vnâ secum deferret : Alterum verò de ijs quæ à selectis Doctoribus triduò ante statuta fuerant, quæque in medium tunc protuli, vno totius nr̃i ordinis consensu approbandis, Immutandis, aut abrogandis . Quod ad prius attinet, cùm monuissem præstò esse quosdam probatæ fidei atque Integritatis mercatores, propediem Blezas totius nomine ciuitatis profecturos, quorum opera vti si per eos nobis liceret, fore vt nullis Scholæ nr̃æ sumptibus id negotij perficeretur: omnes vno ore censuerunt eos esse per me rogandos, vt suam in ea re operam Iatrico nr̃o ordini præstare vellent, & commemoratos articulos Domino Myron Regis Archiatro præstantiss. nr̃o nomine offerrent, vnâ cum mea, & D. Laffilej epistola, qua per nos totius nostræ Scholæ rogaretur, vt si liceret & liberet, eosdem illos articulos Ipse pro sua dicendi facundia, & propensa in nr̃um ordinẽ voluntate coram Regia maiestate proponeret ; sin id propter grauissimas occupationes minus præstare posset, alterius cuiusdam, qui sibi ad hoc muneris obeundum Idoneus videretur, disertissimi Oratoris fidei totum id negotij committeret . Rogati mercatores, meæ petitioni libenter annuerunt, seque & communi totius nr̃i ordinis, & priuato meo nomine id officij ex aĩo præstituros bona fide receperunt Itaque ijs articulos tradidi, & vtramque epistolam ad D. Archiatrum dedi, qua Insuper illum de vniuersa Tragœdiæ nuper in Academia à Chirurgis excitatæ historia, & totius Academiæ super ea re decreto, certiorem feci, ac summis ab eo precibus contendi ea qua plurimum valet apud Regem authoritate & gratia sedulo vt prouideret, ne quid surreptitijs literis à Rege, falso nomine per Chirurgos

Impetratis

Impetratis, Academia maximeq; ordo noster capiat detrimenti. Quod verò ad posterius caput deliberationis spectat, placuit omnibus selectorum Doctorum de rebus triduò ante propositis sententia, nisi quod non duo (vt illi decreuerant) sed vnus duntaxat è nro ordine visus est eligendus quotannis, qui publicè Chirurgiam in Scholis profiteretur, seruata eadem quæ in reliquorum professorum electione post annos decem vsurpari cōsueuit, electionis formula. De mercede autem illi constituenda, nihil est ~~tunc~~ adhuc ab illis statutum, quòd ea res frequentiora totius ordinis comitia postulare videretur; quòdq; D. Rochon publicæ vtilitatis, & Scholæ nostræ dignitatis studiosus, publicum hoc Chirurgiam docendi munus polliceretur se, nullo proposito præmio Ingenuè liberaliterq; obiturum. Quam quidem propensam illius voluntatem atq; officium omnes gratulabundi excipientes, hanc illi prouinciam tantisper dederunt, dùm anno proximo alter Chirurgiæ professor in illius locum eligatur. Id Insuper est communi omnium consensu statutum, vt qui tonsores priuatim in suis ædib[us] docent, moneantur oēs, nè alios quàm planè Chirurgicos, & qui tonsorum captum minimè superent, libros in posterum legant: nec tonsoribus vllas remediorum formulas (vulgò receptas dicunt) vllo modo præscribant, ne isti medicorum formulis magno ægrorum dispendio, & nri ordinis dedecore abutantur.

Chirurgiæ Professor D. Rochon

Die Veneris. 11. mensis Januarij. 1577. Indictis Comitijs quatuor sunt à me proposita deliberationis capita. Vnum, de Ineunda noua rōne administrandæ palàm ac publicè in Scholis pro more solito dissectionis Anatomicæ, propterea quòd vetus eius rei perficiundæ consuetudo hodiè obseruari non posset ob penuriam Archidiaconi, & Scholasticorum conscriptorum (quos vulgò Immatriculatos vocant) penes quos duntaxat eligendi Archidiaconi olim erat potestas. Alterum, de modo & formula Initi quondam cum Tonsorib[us] chirurgis fœderis siue contractus renouandi: Tertium, de certa pecuniæ summa (quam nonnulli è nro ordine Doctores non ità pridem In medium protulerant) à nris baccalaureis in futurum tempus Licentiarum prius ~~coll erog~~ colligenda, quàm suas disputationes Cardinalitias Inchoarent: vt si fortè nonnulli è tam exiguo baccalaureorum numero ante id temporis ab Incepto cursu desisterent,

reliqui tantò minorem tempore Licentiarum pecuniæ summam persoluerent, atque sic prænumerata ista pecunia, minores tunc sumptus facere cogerentur. Quartum postremò de Purificationis Deiparæ virginis celebratione, & cereorum distributione. De his igitur quatuor rebus sic est matura omnium, qui tum frequentes aderant Doctorum deliberatione statutum: Rerum ad publicam corporum dissectionem pertinentium, vt tabulatorum, & similium curam omnem, donec eligendi Archidiaconi idonea sese obtulerit occasio, duobus Baccalaureis (nimirùm verè conscriptis seu, vt ità dicam, registratis & immatriculatis, legitimisque Scholæ filijs) esse committendam: pecuniamque ab ijs qui huius rei Anatomicæ voluerint esse spectatores (exceptis Tonsoribus Chirurgis, quibus gratis patet aditus) pro veteri more colligendam, ad sumptus in ea re necessarios, sic tamen vt acceptæ & expensæ pecuniæ rationem baccalaurei Decano & duobus Scholæ professoribus sint reddituri: Intercludendum verò Chirurgis veteris erga nos officij desertoribus ac perfidis omnem aditum & ab vtroque Scholæ professore, consentiente Decano, eligendum esse è Tonsoribus, sese ~~Scho~~ discipulos nostros profitentibus, ac nostræ Iatricæ familiæ vnicè studiosis, vnum atque alterum secandi peritum qui id muneris rectè conuenienterque obire possit. Pactum insuper seu contractum cum Tonsoribus, ea omninò formula, quæ tempore Decanatus D. Hollerij obseruata fuit, esse renouandum. Baccalaureos autem de prænumerandis ad futuras licentias, antequam ad disputationes Cardinalitias aggrediantur, decem, aut viginti coronatis aureis, per Decanum esse blandè leniterque monendos, nec tamen si forsan id facere renuerint, vlla vi adigendos. Deniq diem Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, pro more celebrandum esse, & vsitatam antea Cereorum distributionem omninò retinendam. Cæterùm, quoniam pleriq Scholastici Impetratis cùm à Regijs, tum à nostris Scholarum professoribus chirographis sui studij fidem facientibus, confestim in varias Regni partes ac ciuitates secedunt (vnde minor est Baccalaureorum nostrorum numerus) atque in ijs sæpenumerò artem pessimè, non sine magno

exceptis tonsoribus quibus gratis patet aditus.

magno ægrotantium incommodo, & totius nostri ordinis dedecore exercet: Idcircò iuxta D. Mustelij petitionē decretum fuit, vt monerentur professores, nè in posterum vllis Scholasticis studij literas suis chirographis obsignatas præbeant, nisi quo tempore sunt ad examen Baccalaureatus admittendi.

Die Veneris. 25. mensis Januarij. 1577. D. Passart ordinarius Scholarū professor publicam humani corporis Anatomē in scholis spectandam exhibuit, & singularum partium substātiam figuram, numerum, connexionem, vsum, actionemq; luculenta ratione explicauit: dissectoribus duobus Tonsoribus, nimirum M. Stephano le Jeune, primi tonsoris Regij, M. Joannis Percontant, substituto siue (vt vulgò loquuntur) locū tenente, & M. Joanne de Laistre. Baccalaurei verò iuxta decretū facultatis, in Archidiaconi penuria, tabulatorum, reliquarumq; rerum ad Anatomen necessariarum curam gesserunt, & accepti expensiq; rationem Decano & duob. Scholæ professoribus bona fide reddiderunt.

Eodem ipso die, statim à prandio, cum huius Anatomes inchoandæ tempus instaret, quamplurimis Scholasticis in Jatricam familiam adoptari atq; inscribi, siue (vt vulgari nōe vtar) Immatriculari postulantibus, nec aliud quàm capitatū vnum argēteum seu testōle, pro sua cuiusq; Inscriptione seu Immatriculatione, propter Iniuriam temporis, & suæ cuiusq; rei familiaris angustiam, offerre volentibus (quamuis exposuissem, ex facultatis decreto Comitijs. 10. Decembris ea de re habitis, vnicuiq; Scholastico Immatriculari cupienti coronatum aureum esse persoluendum) ac nisi suæ ipsorum petitioni annueretur, iamiam à nobis defecturis, ac nescio quas tragœdias (Chirurgis vel Cacurgis potiùs ad id Impellentibus, eosq; ad defectionem magis ac magis sollicitantibus) in Jatrica Schola excitaturis; conuocaui in superiores Scholas omnes qui tum rei Anatomicæ causa aderant, Doctores, eorum consilium in hac re ancipiti ac dubia petiturus. Illi igitur collatis eô singulorum consilijs, oēs vno ore censuerunt, hanc Scholasticorū postulationem, licet superiori facultatis decreto minimè consentaneam, nihilominus in rei præsentis angustia, sine vllo in posterum præiudicio, & per modum (vt loquuntur) prouisionis, esse.

admittendam, ac Scholasticorum furori temporumque calamitati aliquantis per cedendum esse, & de nostro Jure nonnihil remittendum; cùm vt omnis tumultus Imminentis tolleretur occasio, tùm etiam vt Scholastici hac nostra propensae ~~erga eos~~ voluntatis erga se, atque animi significatione magis in officio retinerentur, nec Scholasticorum penuria Schola nostra Sterilis euaderet, quin potius illorum frequentia maiore, huius splendor atque dignitas Indies augeretur. Longè enim praestabilius esse vniversum Jatricum ordinem suis Scholasticis nonnihil etiam praeter Juris rationem vltrò liberaliterque Indulgere, quàm vel Scholasticos suos alumnos deserti officij & temeritatis apud omnes accusari, vel nos leuioris pecuniolae ratione, in facti cuiusquam sordidi & illiberalis suspicionem venire. His itaque rationibus fretus, Scholasticos quinquaginta ~~numero~~ quinque numero in Jatricam Scholam adoptaui suae (vt ità dicam) Immatriculaui, ~~qui singuli~~ quorum singuli mihi coram Doctoribus, capitatum argenteum numerarunt, nonnulli quibus presens pecunia non erat, paucis post diebus additis: Quorum omnium Catalogus est apud eum, qui non ità multò post illorum suffragijs Archidiaconus est ~~cons~~tituitus. Porrò cùm illis nostram hanc liberalitatem, & in eos hodierno die vltro collati beneficij magnitudinem exposuissem, polliciti sunt Jureiurando se nunquam illius futuros Immemores, perpetuòque nobis nimirùm suis praeceptoribus omne obsequij genus atque obseruantiam ~~praestituros~~ praestituros, atque ita se gesturos, vt nec Inani pollicitatione, nec falsa cuiusquam persuasione sese ab officio abduci patiantur, denique si forte in posterum non satis fuerit pecuniae ad Impensas rei Anatomicae faciendas, id omne quod deerit, Sponte libenterque esse addituros. Quamobrem rebus omnibus, Dei beneficio, ritè compositis & pacatis, omnem adhibui diligentiam, quantùm in me fuit, vt res Anatomica varijs praeceptionum atque obseruationum generibus Illustraretur, & singulis Spectantium oculis fideliter adeò subijceretur, vt nulla post annos viginti publica humani corporis dissectio maiore omnium applausu, & congratulatione (nemine prorsus conquerente) excepta fuisse meritò dici possit.

Die Jouis vlt. Januarij

Die Jouis vltimo Januarij, cùm in superiores Scholas frequentes numero Doctores conuenissent, omnem mei consilij, in Scholasticis antea die scilicet 25. huius mensis in nostram quasi familiam cöoptandis seu Immatriculãdis rationem exposuj: necnon illos de mea Baccalaureorum blanda & leni admonitione ad prænumerandam, in futurum tempus Licentiarum, aliquã pecuniæ summam, certiores fecj, atque ex ijs nonnullos ad id efficiendum ~~esse~~ propensiores, quosdam verò tardiores, & quodammodò refractarios esse significauj. De vtroque igitur articulo sic est vno fermè omnium consensu matura deliberatione statutũ: Meam Scholasticorum conscriptionem seu Immatriculationẽ (habita temporis huius calamitosissimj, cuj quodammodò cedendum erat, & Imminentis tumultus sedãdj, ac Scholasticos Jamiam à nobis defecturos in officio, & veterj ergà suos præceptores obseruãtia retinendj ratione) omnibus & singulis non æquissimam modò, verumetiam laude & commendatione dignissimam viderj: sic tamen, vt si in posterum pecuniæ ad sumptus rej Anatomicæ necessarios Inopia fuerit, pollicitationis suæ Scholasticj non Immemores, quod dëesse videbitur, suppleant, cùm in eorum duntaxat gratiam publica hæc Anatomicæ rej administrãõ suscipiatur: atque ea Insuper addita cautione, vt quoniam prior hæc Scholasticorũ Inscriptio siue Immatriculatio, per modum (vt loquuntur) prouisionis facta est, quotquot Inscribj posthac siue Immatricularj voluerint, singulj pro veterj consuetudine coronatum vnũ aureum persoluant. Quod autem ad Baccalaureos attinet, censuerunt omnes, in eadem monitione esse persistendum, ac si quidem sponte liberaliterque nonnihil pecuniæ obtulerint, esse id excipiendum, non tamen, si renuerint, vlla vj exigendum: sed potius Cardinalitias disputaões esse more solito perficiendas.

Die martis. 5. mensis februarij, hora à meridie 2a. omnes Scholasticos qui paulò antea patriæ Scholæ nr̃æ nõia fidemque dederãt, hoc est, (vt verbo minus latino, sed magis significante vtar) Immatriculatj fuerant, conuocandos curauj ad Scholas: atque ijs eligendj Archidiaconj rãonem omnem olim vsurparj solitam, & communj totius nrj ordinis consensu firmatã,

Julian.s Quesney
Archidiaconus
Scholarum

coram duobus ordinarijs Scholæ professoribus, breuiter exposui: hortat[us] vt eum ipsi, Juxta decretum facultatis, bona fide eligerent, qui hui[c] obeundo muneri omnium maximè Idoneus esse videretur. Itaque collectis per apparitorem suie bidellum nostrum singulis illorum suffragijs, M. Julianus Quesney Ebroicensis, vno omnium ore Archidiaconu[s] est nominatus, & præstito Juramento, datoque suæ fidei atque Integritati[s] sponsore M. Hermanno Anfré, Soysianæ ad Lutetiam parœciæ Curione, hoc anno per me constitutus.

Die 9. mensis Martij, conuocatis (sacro peracto) magnâ frequentia in Superiores Scholas Doctoribus, M. Petrus du Chemin Scholæ nostræ Baccalaureus gradum Licentiarum, quem vnâ cum suis commilitonibus tempestiuè consequi, propter suam absentiam, non potuerat, nunc sibi concedi postulauit: rationem reddens quur in tempore non adfuisset, quod tunc ciuilibus bellis ac Germanorum Insultibus sibi ad Vrbem aditus omnino fuisset Interclusus. Re in deliberationem adducta, cùm ex Doctorum qui illius actibus præfuerant, testimonio constaret, eum semel atque iterùm de Quodlibetaria, ac semel etiam de Cardinalitia quæstione in Scholis more solito respondisse, atque Integrum Iatricæ nostræ Scholæ curriculum (hoc vno excepto, quod postremis duabus Cardinalitijs condiscipulorum disputationibus, ob causas commemoratas, adesse non licuerat) rectè conuenienterque absoluisse: omnes vno consensu illius petitioni libenter annuerunt, & quia pares suis commilitonibus labores subijsset, eum arbitrati sunt pari etiam Jure cum illis frui debere: sic tamen, vt quoniam priuatum examen subire nisi magna temporis & rei domesticæ Jactura non poterat, Illius examinis loco propositas à singulis qui tunc frequentes aderant, Doctoribus quæstiones ad praxim pertinentes ex tempore dissolueret. Quibus cùm satisfecisse videretur, consentientibus omnibus ad gradum Licentiarum admissus est (ea tamen lege, vt id in posterum in consequentiam, vt vulgò dicunt, non trahatur) & perendiè à me Decano ad Academiæ Cancellarium deductus: à quo, post præmissam, & probatam (me referen[te]

veram.

M. Petrus Du chemin Licentiarũ gradũ assequitur die. 10. mensis Martij. 1577.

veram & legitimam suæ absentiæ causam, Apostolicæ benedictionis virtute, Licentiarum gradum in saluberrima Medicinæ facultate, presente vtroq; nr̃o Apparitore, Dej Opt. Max. beneficio est consequutus.

Die Sabbatj. 30. Martij, sacro peracto, supplicauit. M. Nicolaus Marchant, vt sibj honorarium pro Jure Licentiarum M. Petrj du chemin, sicut & reliquis Doctoribus, à Decano tribueretur. Quod cùm nonnullis æquum videretur, alijs & quidem pluribus, ideò minimè rationj consentaneum, quòd eo tempore, quo p̃dictus du chemin cum suis ~~dis~~ condiscipulis, si hîc adfuisset, ad Licentias admittj debuisset, D. Marchant Doctoratus gradum adhuc non esset assequutus; commodius visum est tandem, rem istam paucorum, quj tùm aderant, Doctorũ numero minimè definirj, sed ad frequentiora in posterũ Comitia differrj.

Die Sabbatj. 20. mensis Aprilis re sacra peracta, supplicauit. M. Claudius fonteine Suessionensis, quj anno superiore cum reliquis Baccalaureis post examen ad p̃cipium admissus fuerat, vt quoniam ob rej familiaris angustiam Jatricum Stadium Jngredj atq; in eo cum suis commilitonibus strenuè palàm ac publicè decertare minimè licuisset, vniuersus ordo sibj literas Baccalaureatus facultatis sigillo minore obsignatas Jmpertirj vellet. Jd autem nonnullis ea res incommodj videbatur allatura, quòd reliquj posthac ad principium admissj Baccalaurej, illius exemplo, neglectis publicis Scholæ nr̃æ disputationibus, nulloq; palàm exhibito suæ eruditionis specimine, solo Baccalaurej adepto nõie, à Medicinæ curriculo essent defecturj, vnde nr̃a Schola olim Baccalaureorum fœcundissima, progressu tẽporis quasi deserta & sterilis futura esset: ob eamq; causam ij tales l̃ras Jure denegandas esse censebant. Verùm quia minimè volens, sed Jnuitus, & Jnopia atq; egestate oppressus ~~ab~~ Jncæpto desistere coactus esset, reliquj numero plures aliquam egestatis rãonem habendam esse ratj, atq; aditum ad meliorem aliquandò fortunam, Deo duce, patefacere cupientes, literas Baccalaureatus Decanj chirographo duntaxat obsignatas (vt tamen ea res posthac in consequentiam, vt vulgò dicunt,

non trahatur) illi ingenuè ac liberaliter putarunt esse concedendas. Has igitur à me lras die 26. mensis Maij 1577. D. Huguetij & D. Petrej sigillis insuper obsignatas est consequutus.

Die Sabbatj 25. Maij, sacro peracto conuocatis Doctoribus, de Cuiusdam M. Andreæ Migault sese Medicum profitentis, & Medicinam in Pago cuj nomen Dammartin, facientis examine deliberaturis, Juxta Senatusconsultum duplex ea de re latum, prius quidem Calend. Ma. 1575. posterius, 11. die februarij 1577.: Exposuj nominatos fuisse ex decreto Senatus duos, vnà cum Decano, nrj ordinis Doctores, D. Duretum Medicum & Professorem Regium, & D. Millot ordinarium Scholæ professorem, quj tres illius doctrinam probarent, & de ea bona fide ad Senatum referrent: verum illos pro sua cum singulari eruditione coniuncta animj modestia, & egregia erga Scholam præstandj officij voluntate (vt veros Jatricæ Scholæ alumnos decet) nihil quicquam sine totius ordinis consensu atque authoritate aggredj velle, nè in eum impingerent errorem, in quem biennio superiore Doctores duo imprudentes inciderant. Ac priusquam ea de re consilium iniretur, monuj omnes quj tum aderant, duo esse examinandj genera: vnum ad eos pertinere, quj purè sunt Scholasticj, & nullum adhuc suæ eruditionis specimen in Medicina publicè ediderunt, nulloque propterea Jatricæ dignitatis gradu sunt insignitj; quales sunt nostrj Candidatj quj ad Baccalaureatum aspirant, atque hj oës singulo duntaxat biennio, ex veterj statutorũ nrorum more solent examinarj: Alterum verò genus examinis eorum esse, quj tametsi sunt antea probatj, & Medicinæ gradum aliquem assequutj, nihilominus in certamen eruditionis aut famæ sive Jure, sive injuria vocantur, (Nam reprobarj posse Medicum, quamuis antea probatus fuerit in Repub. Antoninus Pius Jmperator censuit) ac talibus nullum est examinandj tempus præscriptum ac certò definitum. Quæ cùm ità sint, diligenter videndum esse, vtro examinis gnẽ, in probanda istius hois doctrina nos vtj oporteat, nè dum Senatuj, vt æquum est, morem gerere volumus, aliquid cõtra

Scholæ

Scholæ nræ Statuta, veteresq leges Imprudenter faciamus. Re igitur hoc modo in deliberaonem adducta, collectisq singulorum suffragijs, quoniam prædictus Migault in priorj examinandorum genere continebatur, placuit omnibus doctrinæ illius probationem ad proximas Martij Calendas, Juxtà veterem à priscis Illis ad hæc vsq tempora semper obseruatu Scholæ morem, oio differrj: atq ità Supremo Senatuj per nos renunciarj

Die Sabbatj. 11. Octobris, 1577 conuocatj à me per schedula Doctores in Scholas superiores, de celebratione festj. S. Lucæ Euangelistæ, Diuj nrj tutelaris, sacro peracto, deliberaturj: censuerunt omnes diem illj Diuo Sacrum pro veterj more, & singularj Ordinis totius veræ pietatis & Religionis cultu, solenniter & deuotè esse celebradu

Die Veneris. 18. Octob. 1577. quj dies est D. Lucæ Euangelistæ sacer, celebrato piè & solenniter, vt moris est, diuino Missæ sacrificio, magno omnium ferè Doctoru & baccalaureoru cõcursu, Apparitores duo fasces submiserunt: Atq ex eis maior Statutum palàm ac publicè, audientib omnibus recitauit, quo tenentur sub pœna perjurij oẽs Doctores, Licentiatj, & Baccalaurej Medicj missæ perendiè pro defunctis celebrandæ Interesse. In eo cõuentu exposuit D. Denisot viduam defunctj D. Vigorej Medicj quondam nrj ordinis celeberrimj, eò egestatis atq Inopiæ redacta esse, vt hostiatim (non sine aliquo facultatis nræ dedecore) sibj victum quærere cogeretur: Jdcircò postulauit, vt siqua nos tangit illius virj, & Christianæ pietatis ac fraternæ Charitatis memoria, illius sublevaremus Inopiam, siq illa vel Xenodochiò vel Cœnobio quodam conclusa, collecta sigillatim à nobis, pro vniuscuiusq facultatu modo & liberalitate, certa pecuniæ summa, aut etiam ea quæ viritim hodierno diè distribuj solet, erogata, & apud eum cuius fidej ac gubernaoĩ commissa fuerit, fideliter deposita, in posterum aleretur ac sustentaretur. Ea postulatio tametsi visa est oib æquissima ipsa per sese, ac

pientissima, & cum totius Ordinis splendore & dignitate coniunctissima, nihilominus quod ea mulier Sangermani Xenodochium quo paucis antea diebus benigne excepta fuerat, sponte egressa esset, nec alio quovis loco, nisi praeeunte Senatus autoritate atque illius Jussu concludi aut retineri posse videretur, censuerunt omnes non prius Ineundam esse eius rei gerendae rationem, quam illi certus quidam habitandi locus esset à Senatu constitutus: Intereà decere unumquemque nostrum pro suo modulo, quoties occasio tulerit de suo quippiam illi ultrò ac liberaliter Impertiri, & quodcunque humanitatis atque officii genus ex animo praestare. Porrò vocati pridiè per schedulam Chirurgi, ut solitum hodierno die Juramentum praestarent, non adfuerunt, sui non modò ergà praeceptores officii atque observantiae obliti, verumetiam Impudentissimi datae quondam à suis maioribus fidei desertores, à nobis in posterum utroque nomine meritò contemnendi.

non comparuerunt Chirurgi.

Die Sabbati 19. eiusdem mensis, missa pro defunctis celebrata, Tonsores Chirurgi solenne Juramentum praestiterunt usitato more maiorum..

Juramentum tonsorum

Comitia Academiæ

Anno Domini supra Millesimum & Quingentesimum Septuagesimo Sexto, die Lunæ. 5. mensis Nouembris, conuocatis apud Rectorem M. Hugonem Burlat Baccalaureū Theologum Sorbonicum, selectis seu deputatis viris, de ijs quæ totius Academiæ Parisiens. nomine in publico trium Ordinum conuentu coram Regia Maiestate proponenda videbantur, deliberaturis : Statutum est vno omnium consensu, vt singulæ 4^{or} facultates sigillatim maturo adhibito Iudicio rerum à Rege postulandarum capita describerent, quæ postmodū omnia simul in vnum quasi congesta libellum, Academiæ legatis Blezas ea gratiâ breuj profecturis ijsq selectissimis ac fidelissimis committerentur, vt de ijs apud Regem in publico illo conuentu agerent, & optatum ex ijs finem Dej beneficio, & Regis magnificentia & liberalitate consequerentur.

Die Mercurij. 7. Nouembris. 1576. habitis apud Mathurinenses Comitijs, vt nonnullj seligerentur ex Academia virj quj de Illius priuilegijs atq Immunitatibus, & reliquis ad restituendæ Academiæ rōnem, pristinumq illius splendorem ac dignitatem pertinentibus, in publico trium Ordinum conuentu fideliter agerent apud Regem : noīatj sunt. 4^{or}. Theologi Doctores fidej Integritate, vitæ Innocentia, authoritate præstantes, acrj Iudicio, & singularj doctrina preditj, D. D. Peletarius summus Regiæ Nauarræ moderator, faber, Sangermanus, & de La bigne, quorum fidej res tota fuit demandata. Actum præterea est de ratione & modo cogendj Priore & Cœnobium Mathurinens. ad celebrandum quotannis obitum M. Robertj de Sorbona, quandoquidem Mathurinenses id Doctorib. Theologis nuper recusauerant. Quoniam autem Senatusconsultum ea de re latum esse Intellexit Ordo noster, iccirco totum hoc quicquid est negotij ad Senatus authoritatem censuit esse referendum. Decretum est Insuper

vt Bibliopolæ non Iuratj modò, verumetiam Iniuratj prohiberentur typis mandare aut venditionj exponere vllos deprauatæ Doctrinæ libros, eiusq. rej fidem Rectorj Academiæ darent. Postremò admissa est resignatio Galleotj du pré Librarij Iuratj in fauorem Gulielmj de La noüe; data prius Catholicæ Apostolicæ & Romanæ fidej professione. Cæterum post varias multorum petitiones Rodolpho Le fort Chirurgorum (vt aiebat) præposito Chirurgiæ publicis lectionibus in Academia docendj Licentiam à Rectore postulante, & Regia Diplomata ad id efficiendum olim sibj suisque contubernalibus concessa iactitante, equidem totius nostrj ordinis nomine Intercessj, ne quid ea de re nobis, vtpote Chirurgorum præceptoribus, Inconsultis, in præsentiarum ageretur, donec de ijs Diplomatibus liquidò nobis constaret: Cumque meæ Intercessionis quamuis æquissimæ, à Rectore nulla ratio haberetur, statutum est, vt Diplomata siqua haberent Chirurgi, apud Academiæ deputatos deponerent, vt ab illis postea de ista postulatione certj quippiam decernerent: & nihil Interim Innouaretur.

Die Veneris. 23. mensis Nouembris. 1576. conuocatj sunt per schedulam apud Rectorem in suas ædes Sorbonicas, deputatj virj, de duobus articulis deliberaturj. Prior eò pertinebat, vt videretur quid consilij capiendum esset aduersus eos librarios non Iuratos, qui nullum Rectorj Iuramentum præstare volentes, libros adulterinæ & deprauatæ doctrinæ palam venditionj exponebant, Itemque contrà alios non quidem Bibliopolas, sed alterius conditionis mechanicos homines, vt vinj venditores, & similes, qui præter Institutum vitæ genus & suæ conditionis rationem, libros quamplurimos venales proponebant. Posterior eò spectabat vt deputatj iuxtà conclusionem Vniuersitatis definirent, num ea Chirurgorum præfectj in publicis Mathurinensibus Comitijs facta postulatio, qua sibi ac suis Chirurgis iam publicè in Academia docendj licentiam fierj petebat,

petebat, Justa an Injusta videretur. Quod ad priorem articulum
attinet, omnes vno ore censuerunt Supplicem libellu à Rectore
Senatuj esse porrigendum, cuius authoritate & vinj venditores
libros vllos in posteru venditionj exponere prohiberentur, &
Bibliopolæ, licet non Juratj, nihilominus Rectorj fidem dare cogeretur,
se posthac nullos adulteratæ doctrinæ libros venditionj exposituros.
De posteriore autem priusquam aliquid statueretur, supplicauit
fiscj Cognitor D. Vigmer, vt Inter deliberandum diligenter ab o͞ibus
caueretur, ne si Chirurgis permitteretur publicè profitendj licētia,
quinta quædam facultas contra Vniuersitatis Jura & leges de nouo
Introduceretur. Hanc fiscj Cognitoris supplicaōnem subsequuta
est D. Vincentij Mustel sapientiss. virj (qui cum clarissimis ex
n͞ro ordine pridie no͞iatis D.D. Denisot, Laffilé, Rochon, Gourmelen,
Le Conte, Vernuest, Marescot, illic vnâ mecum eius rej gr͞a aderat)
postulatio, qua Rectorem ac deputatos rogauit, sedulò vt prospiceret,
ne contra Vniuersitatis conclusionem anno D͞nj 1551 die 9. Decebris
in publico totius Academiæ conuentu factam, mox à me in mediu
proferendam, aliquid fortassis Imprudenter decernerent: néve ab
istis Chirurgis, se à priscis quondam seculis ad hunc vsq diem
discipulos n͞ros, addito etiam Iuresiurando, profitentib, nunc verò
turpiter violata fide peierantibus, vllam nostræ facultatj (cuius
est proprium suos discipulos docendj munus) Iniuriam fierj permitteret:
qum potius Academiæ Jura, leges, Conclusiones, atq Decreta
perpetuò retinerent, & n͞ræ facultatis quæ quartam totius
Parisien. Academiæ partem constituit, pristinum splendorem,
dignitatem, atq authoritatem Integram seruarent planeq &
tuerentur. Ego verò hanc D. Mustel ornatissimam oraōnem
excipiens, præfatus Initio me co͞em totius Academiæ, non priuatam
n͞rj Ordinis (nisi quatenus cum ea coiuncta est, & Indissolubilj
societatis vinculo connexa) causam agere:, protulj ex Commentarijs

Decanatus posterioris D. du hamel prædictam Academiæ conclusionem eo tempore factam, eamque coram selectis seu deputatis viris alta voce legi, quæ conceptis verbis apertè declarat: Quod, anno Domini 1515°. Chirurgi recepti fuerant in gremium & consortium Vniuersitatis tanquam Scholastici & discipuli facultatis Medicinæ, & non tanquam Licentiati, aut magistri in Chirurgia facientes quintam facultatem contrà Iura & Statuta Pontificia, his tamen legibus & conditionibus quod Chirurgi gaudebunt priuilegiis Vniuersitatis, dummodò dicant se Scholares facultatis Medicinæ, & quod singulis annis in festo Beati Lucæ Iuramenta antiqua & solita renouabunt, & quòd frequentabunt lectiones & actus Medicinæ, venient ad Decanum facultatis circa festum omnium Sanctorum cum certificatione quod audiuerunt lectiones ordinarias, seque in Registris facultatis Inscribi facient, singuli soluentes pro Inscriptione octodecim solidos turonenses, sicut veri Scholastici circa prædictum festum facere consueuerunt: Aliàs delebuntur de libris Vniuersitatis, neque amplius gaudebunt priuilegiis dictæ Vniuersitatis, nisi adimpleant leges, & omnino pareant conditionibus quas olim receperunt, & quibus se astringi voluerunt".

Illi tum à Rectore vocati quum hæc à me prolata audijssent, Insano quodam furore perciti, & velut mentis Impotentia capti, multa contumeliosè dixerunt, atque Insolenter sese Iactantes, nostros se discipulos profiteri noluerunt, sed contrà neque nos præceptores suos vllo modo agnoscere, neque se ad ea quondam præstari solita Iuramenta vllis legibus adstringi, nec vnquam in posterum eas conditiones prius commemoratas seruare, nobisque vlla in re subijci velle, pleno atque Impudenti ore dixerunt. Tum ego rationem hanc subiunxi, eosque suo Iugulans gladio, sic in eos sua Ipsorum tela contorsi: Nemini munus publicè docendi In Academia concedi debet, nisi sit è gremio & consortio vnius è 4or. facultatibus

quæ totam

At frustra ... certatis, ... Schola eru... dideritis, ... vllis honore ... omninè sit

At hoc Ipsi ... ac publicè

quæ totum Academiæ corpus constituunt. Jam verò Chirurgi neq; sacratissimæ Theologorũ facultati sunt subditi, neq; Doctorum Juris Pontificij Collegio ascripti, neq; in ordinem facultatis Artium redacti, neq; postremò in numero Medicinæ Doctorũ comprehensi, quandoquidem eos sua ipsorum lingua violatæ fidei non modo reos arguit, verumetiam sui veteris erga Medicinæ Doctores officij desertores. Non est igitur illis, quippe ab his 4.or totius Academiæ facultatibus exclusis, ulla publicè in Academia docendi potestas cõcedenda: alioqui quinta facultas erit in Academiam introducenda, cuius vi publicum in ea docendi munus obire possint. Quod quoniam Academiæ decretis ac legibus oĩo repugnat, fieri nullo modo debet. Hic quidam ex illis; Sumus, inquit in artibus Magri: estq; hoc nõie nobis cõcessa legendi potestas. Ità, inquam, nisi uxores vr̃æ vobis eam ademerent. Nam Magri in Artib; (ut Academiæ monimenta testantur) ut primum uxores ducunt, omnem sibi antea nõie illius Magisterij concessam publicæ professionis facultatem, pristinaq; Jura unâ cum uxoribus amittunt. Adde quod maxima pars Chirurgorũ non est eum Magisterij gradum assequuta: Imò qui inter ipsos sunt in artis operibus præstantiores, planè sunt ἀναλφάβητοι, nec unquam Grammatices elementa primis (quod aiunt) labris degustarunt. Deinde verò facultas Artiũ suis circumscripta finibus, ea demum quæ ad artes humaniores, unde nomen habet, & Philosophandi rãonem pertinent, non autem quæ sunt artis Chirurgicæ profiteri debet. Rursum alius, Postulamus ascribi facultati Medicinæ: Tum Rector, An, inquit, tanquam Doctoribus Medicis superiores? Non eò, ut opinor, audaciæ prorumpetis: An ut æquales ac pares? an deniq; ut inferiores & discipuli? Ad hæc cum nihil haberent, quod apposite responderent, prorsus obmutuerunt, & quicquid reliquum illis erat præsidij, id omne in Diplomatis quibusdam Regijs privilegia & vectigalium immunitates, non tamen ullum in Academia munus docendi concedentib; ideoq; nihil ad rem pertinentib; collocarunt.

Chirurgi magistri in artibus

At frustrà de æqualitate certatis, cum nullum in Jatrica schola eruditionis specimen dederitis, ideoq; parem eum illis honoris ac Doctoratus gradum minimè sitis assequuti.

At hoc Ipsum nunc palam ac publicè denegastis.

Quorum nihilominus Diplomatum reliquorumque omnium quaecunque
apud Rectorem deposuerant, Instrumentorum; quibus nitj studebant,
exemplar Amanuensis Academiae chirographo subsignatum postulavi
ne quid in posterum falsò nobis Imponerent. Postremo superio:
ribus rationibus & hanc addidj ab absurdo petitam: Sj Chirurgis se
Doctorum Medicinae discipulos profiterj recusantibus, & datae olim
fidej, suique erga praeceptores officij desertoribus conceditur publicè
Chirurgiam Interpretandj facultas (quanquam ne si quidem id illis con:
cessum esset, non possint ob Ignorationem eo recte munere fungi) nonne
parj Iure aut etiam potiorj, Tonsoribus chirurgis Doctores Medicos,
quorum assiduis quotidiè lectionibus Interfuit, suos meritò
praeceptores agnoscentibus, eadem illa Chirurgiae professio tribuenda
erit? & Pharmacopoeis Doctorum Medicinae praelectionibus edoctis,
Pharmaciae pariter è suggestu docendae facultas concedenda?
Nam cùm vtrique sint in suae cuiusque artis operibus pariter aequa
literque versatj, cur ijs aequalj professionis Iure frui non licebit?
Etenim quaecunque est Chirurgi ad Chirurgiam, eadem, nj fallor,
Pharmacopoej ad Pharmaciam esse debet analogia atque proportio.
Ecquam igitur rem literariam sperare possumus, si contrà ve:
teres Academiae leges, pro quibus à viris bonis omnibus est suscepta con:
tentio, praeterque omnem Iuris & aequitatis rationem, publica
docendj potestas à legitimis scientiarum professoribus, ad eos ho:
mines transferatur? Impudentiae in omnem antiquitatem pro:
positum erit praemium. Renascetur Academiae noua perniciosa
licentia. Vetus disciplina morum vitaeque optimae magis tra:
giō extinguetur. Adde quod Ars Chirurgica cum in ijs versetur,
(vt nobis ratio Indicat) quae manus dumtaxat opera perficiuntur
non est Inter artes libero & Ingenuo homine dignas, sed potius
Mechanicas recensenda: Cuius rej vel hoc certissimam fidem
facit, quod Chirurgi, reliquorum mechanicorum more, à
Praetore

Pretore vrbis dumtaxat, Chirurgicum nomen, & exercendæ artis obtinent facultatem, non autem à summo Pontifice: à quo tamen vnico, vel eius vicem gerente Academiæ Cancellario, omnes liberalium Artium professores, Doctores, atque Magistri publicam docendi licentiam consequuntur. Hæc ferè sunt raonum momenta, quibus pro tuenda & aduersus istos malè feriatos hoies strenuè fortiterque defendenda totius Academiæ, maximéque patrij Ordinis authoritate ac dignitate vsi sumus. Tandem istiusmodi Chirurgis à Rectore secedere Jussis, vt isthæc controuersia Selectorū virorum Judicio dirimeretur, cùm ij me præsente sententiam dicere iccirco minimè æquum sibi viderj dicerent, quod cum publica totius Academiæ causa, priuata nrj Ordinis coniuncta esse videretur, ego pariter morem Rectorj gerens, licet Inuitus, secessi; prius tamen brevj Epilogo repetitis meis raonibus, addita Insuper ~~dupl~~ duplicj petitione: priore quidem, vt pendente lite, Interim velut per modum (vt loquuntur) prouisionis, publica ois In Academia professio istiusmodi Chirurgis interdiceretur; posteriore autem, vt mihi posthac in Senatu, si opus fuerit, aut alio quouis loco Jus nrm persequentj, totius Academiæ adiunctio cōcederetur. Verùm post diuturnam, à prima nimirum ad quintam vsque temporis moram, propterea quod Procuratores non prius quicquam de re proposita decernere vellent, ~~vellen~~ ~~volebant~~, quàm seniores cuiusque Nationis consuluissent, re Infecta discessimus: vnde totum hoc quicquid erat negotij placuit selectis viris ad publica in posterū Comitia differrj, quibus tota hæc controuersia maturo totius Academiæ consilio diJudicaretur. Cæterùm in hoc conuentu postulauit Cognitor fiscj nomine cuiusdam nuncij, vt illj Academiæ adiunctio concederetur, qua sese tuerj posset Academiæ (cuius minister erat) priulegijs & Immunitatibus aduersus nonnullos quj eum in percipiendis agrorum suorū & possessionum fructibus Interturbabant. Cuj quidem Illius petitionj nimirùm æquissimæ omnes liberè annuerunt.

Die Martis. 27. Nouembris 1576. Indicti priuatis apud Rectorem
Comitijs, duo sunt ab eo in deliberaone posita, de quibus est à selectis
viris deliberatum. Prius erat de singulis rerum à 4or. Academiæ fa-
cultatibus conscriptarum, & in publico trium Ordinum Conuentu pro-
ponendarum capitibus in vnum libellum redigendis. Posterius de
publica Academiæ lustraone Instituenda, vt fusis ad Deu preci[bus]
in proximo Jubileo, omnis pestilentiæ Imminentis Impetus Dei benef[icio]
& misericordia procul à nobis arceretur. Visum est itaq ea omnia
quæ particulatim pluribus paginis (quas ob angustiam temporis sigillat[im]
perlegere non licebat) à 4or. nationum procuratoribus descripta fuerat
ad duo summa genera reuocari oportere, Pietatem, & Justitiam
Illius cultum sic à Regia Maiestate precibz Impetrari, vt vnica
vera & syncera, Catholica nimirum, Apostolica & Romana Religio
passim in tota Gallia sarta tecta atq Inuiolata seruetur. Huius
vero pristinum splendorem atq authoritatem Edicto Regis posth[ac]
ita demum retineri, vt beneficia, Magratus, atq officia nulla sint
venalia, sed ea viris vitæ Innocentia morumq probitate Integerrimis,
& singulari eximiaq doctrina conspicuis, pro suis meritis, honestoq
virtutis & laborum premio conferantur: Jura oīa, libertates,
Immunitates, & priuilegia in corpore Juris comprehensa & cōclusa
toti Academiæ, & 4or. illius singulis ordinibz, pro antiqua & laudabil[i]
superiorū Regum & Imperatorū munificentia & liberalitate
concedantur: postremò huius Edicti Regij, eorum omnium exacta[m]
obseruaonem sanctissime præcipientis fidelissimi æquissimiq exequutores
à Regia maiestate nominati nobis designentur. Publicam verò
totius Academiæ supplicationem, pro Impetranda & supplicibus votis
exoranda in hac Infœlicissimorum temporum calamitate, & Imminētis
pestiferæ luis metu, Dei Opt. Max. misericordia, ad D. Jacobi è laniena
die Veneris proximo Instituendam esse oēs vno ore censuerunt.

Die Veneris. 7.

Die Veneris. 7. mensis Decembris. 1576. Indicta fuère publica apud Mathurinenses Comitia, quibus de duob; articulis est deliberatum. Prior erat de ineunda ratione, qua nulli in posterum depravatæ doctrinæ libri venales haberentur, sicq; omnis hereticæ pravitatis tolleretur occasio. Posterior verò de supplice libello ab Academiæ Cancellario Rectori oblato, eiusdemq; ad Rectorem epistola, quorum vtroq; postulabat, vt Chirurgis post susceptam, quam paratus erat vltrò illis impertiri, Apostolicam benedictionem, publicum in Academia docendi munus concederetur. Quod ad priorẽ articulũ attinet, placuit toti Academiæ supplicem libellum Diplomati à Rege Carolo. 9. foelicis memoriæ eius rei gratia impetrato annexum, supremo Senatui offerri; quo Bibliopolis omnibus in posterum librorum depravatæ doctrinæ venditione & publicatione interdiceretur. Quod autem ad Academiæ Cancellarii supplicationem spectat, illam docui ratione esse iniquissimam: tùm quòd Chirurgi suscipiendæ Apostolicæ benedictionis non essent capaces, quippe qui nullum in vna è 4^or facultatib; curriculum essent emensi, nullamq; præceptorũ chirographis comprobatam (quod ij facere solent, qui Apostolicam benedictionem, eiusq; virtute Licentiarum gradum sunt in aliqua facultate adepturi) sui studii fidem fecissent: tùm quòd non solùm Cancellario, sed nemini cuiquam, sine iussu, & expresso, vt loquuntur, ~~summi~~ summi Pontificis mandato, cui potissimum innititur Academia, aliquid in ea innouare liceret. His subiunxi eas rationes, quas superiorib; Comitiis quum ea de re ageretur, in medium attuleram, quasq; hoc loco repetere minimè est opus. Quinetiã illud addidi, vt quoniam duobus dominis parere nemo potest, & Chirurgi in sui (vt loquuntur) Magisterii adeptione, operariorum seu mechanicorum instar, Prætori vrbis fidem dedissent, palàm ac publicè profiterentur, num sese vellent illius imperio antea subducere, quàm Academiæ authoritati subiicerentur, atq; Rectoris iussa capessērent. Re postmodùm ad quatuor Ordines delata, vno om̃ium consensu (excepto Iuris Canonici collegio, quod quidem ad Academiæ Patronos

* nota de chirurgis.

Juxta fisci Cognitoris postulationem negotium referri volebat) nobis vero vltro tacentibus, ne in nostra causa Iudices esse videremur, Rector tandem aliquando statuit, Chirurgos ab Academiæ consortio & coetu procul esse arcendos, & omni publico & priuato docendi munere omnino priuandos. Hæc est oborta inter nos & istiusmodi Chirurgos controuersiæ summa, & totius rei gestæ apud Academiam historia: quam in publica illius monimenta redigendam curaui, & cuius exemplar ab Amanuensi (vulgò Scriba) suo cheirographo subsignatum habui; quo nos aduersus istiusmodi seditiosorum qui adhuc nescio quid monstri alunt, nefarios conatus posthac tueri ac defendere possimus. Cæterùm exposuit Rector quod sibi Imprudenti memoria exciderat, se a D. fabro Theologiæ Syndico nuper accepisse literas, quibus procuratorium Instrumentum ab Academia sibi dari postulabat, cuius opera de conscriptis totius Academiæ articulis, in publico conuentu habita oratione apud Regem ageret. Verùm matura omnium deliberatione statutum est, prædicto D. fabro habendas esse gratias pro sua propensæ in Academiam voluntatis atque animi significatione: Illi tamen procuratorium Instrumentum scilicet concedi minimè posse, quòd Meldensis Episcopus priuilegiorum nostrorum Conseruator id vltro muneris, nullis Academiæ sumptibus sese Ingenuè suscepturum polliceretur –

Die Mercurij. 2. mensis Januarij. 1577. Indictis publicis apud Mathurinenses Comitijs, vt de aperiendo rotulo nominandorum ageretur, omnes aperiendum esse censuerunt, fisci Cognitori pro literis gradus supplicanti annuerunt, ratam & gratam Rectoris electionem habuerunt, & cum D. de Brezé Meldensis Episcopus priuilegiorum Academiæ Conseruator, illius articulos in publico Conuentu proponere minimè sibi licere significasset, eos D.D. Peletario & Sangermano viris Theologis, & Ecclesiastici coetus nomine designatis Oratoribus.

Oratoribus, per D. Genebrard. qui Blezas eo diò proficiscebatur, committendos esse Judicarunt.

Die Martis. 8. Januarij. 1577. celebratum est ad Diuæ Virginis, funus Illustriss. Principis defuncti. Imperatoris: cui M. Jacobus Marius Rector ex Regis mandato (cui parêre decretum erat Comitijs Mathurinensibus tum ea de re habitis) Interfuit, Decanis & Procuratoribus comitatus (assumpto vna mecum D. Le pescheur Itineris socio) & omnibus Apparitoribus fasces preferentibus stipatus. Sunt autem eo die celebratæ Vigiliæ, & perendiè missa.

Die. 2. mensis Martij. 1577. habita fuère publica apud Mathurinenses Comitia: in quibus de duobus rerum capitibus est deliberatum. Prius erat de claudendo Catalogo nominandorum: Posterius de resignatione officij librariàtus Michaëlis Vascosanj in fauorem Michaëlis Morel, & de altera prouisione similis officij Joannis faucher in fauorem . Statutum est communj 4or Ordinum consensu, claudendum esse nominandorum Catalogum, & vtramque resignationem more solito esse admittendam, nimirum præcedente fidej, & Catholicæ Apostolicæ ac Romanæ Religionis probatione.

Die Jouis. 11. mensis Aprilis. 1577. Indictis publicis apud Mathurinenses Comitijs deliberatum est de probanda Rectoris electione, & de prouisione officij librarij Juratj vacantis per obitum Michaëlis Morel, Immediatj eiusdem officij possessoris: Itemque de admittendo quodam notario nomine Tinot: ac postremò de supplicatione fiscj Cognitoris, Beneficiariorum conuocationem in diem Lunæ proximum postulantis. Vno omnium ordinum consensu probata est Rectoris D. Vernecourt Theologi Nauarricj electio: nominatus in defunctj locum Nicolaus Bonfons librarius Juratus: admissus notarius Tinot, & fiscj Cognitoris approbata postulatio.

Die Martis. 16. mensis Aprilis 1577. facto apud Mathurinenses publico conuentu conuocatj fuère omnes Academiæ Curatj, Capellanj, reliquique Beneficiarij, pro more quotannis obseruarj solito, Juxtà fiscj Cognitoris in superioribus Comitijs petitionem.

Die Lunæ. 22. Aprilis. 1577. hora. 2. pomer.ª conuocati sunt à Rectore in Coenobium Mathurinense viri selecti; de collegiorũ restitutione seu reformaõne & propediem decernenda, pro Regis Incolumitate & auertenda tempestatis Iniuria supplicatione deliberaturi. Censuerunt omnes monendos esse singulos Gymnasiarchas sedulò vt prospicerent, ne Rhetoricam Artem profitentes in suis gymnasijs Præceptores, vnâ cum Eloquentiæ præceptis, Philosophiæ quoque præcepta perturbato rerum ordine in posterum traderent, sed suis se cuiusque artis finibus continerent: Supplicaõnem Instituendam esse, Deumque Opt. Max. fusis pia mente precibus exorandum, vt Regem nrm̃ diũ multumque nobis seruet Incolumem, & Iram suam à nobis auertat, äerisque serenitatem, ac fertilitatem terræ sua misericordia largiatur. Porrò in ijs Comitijs postulaui Academiæ adiunctionem in lite à nobis suscepta aduersus Mathurinum Preuost Typographum, qui famosum libellum, & plurimis in nostrum ordinem conuitijs plenum, quem Chirurgi à nonnullis venalem linguam habentibus numerata pecunia emendicauerant, typis excudendum curauerat. Huic meæ postulationi (modò nostris id Impensis fieret) nimirum æquissimæ omnes vno ore atque consensu spontè liberaliterque annuerunt.

Die Martis. 27. Augusti. 1577. habitus est apud Mathurinenses 4.ºʳ ordinum totius Academiæ conuentus: in quo de loci in quo priuilegiorum Academiæ conseruator dicere Ius solet, commutaõne, Iuxta Mathurinensiũ petitionem, est deliberatum: statutumque vno omnium consensu veterem locum esse retinendum, nec de illius mutaõne, nisi anteà consultis Academiæ Patronis, esse cogitandum. In eo conuentu Apparitorũ (vulgò bidellorũ) nõie postulauit Cognitor fisci, vt Academia suam opem atque auxilium illis, suis nempe ministris, reliquisque officiarijs Impertiri vellet, in suo Iure tuendo aduersus huius vrbis Capitaneos vt loquuntur, qui eos ad dies noctesque excubias cogere nitebantur, addita etiã, si id recusarent, bonorum suorum publicaõnis comminatione.

Idem

Idem nomine M. Petri Poisson Academiae opem Imploravit, vt Is illius authoritate fretus, litis cuiusdam auocamentum à Senatu ad Praetorianum Consiliu Impedire posset. Vtriq. igitur fisci Cognitoris nimirum aequissimae petitioni omnes annuerunt, modò haec omnia suis Illorum Impensis fiant.

Die Sabbati. 7. mensis Septembris. 1577. Indictis apud Mathurinenses Comitijs, fuit hoc in deliberatione positum: Esset'ne à Rege porrecto ab Academia supplici libello postulandum, vt siqua proponeretur (vti rumor erat) cum nouae opinionis (quam falsò Religionem appellant) sectatoribus foederis Ineundi ratio, id ea demum addita cautione fieret, vt nulla cum in toto Regno, tum verò in Vrbe, adeoq. vniuersa Franciae Insula, praeterquam Catholicae, Apostolicae & Romanae fidei ac Religionis seu publica seu priuata exercitatio permitteretur: idq. ~~vicinarum Prouinciarum, exemplo vt~~ Picardiae & Normaniae, exemplo, quibus Idipsum postulantibus fuerat nuper Regia liberalitate concessum. Placuit singulis Academiae Ordinibus, vt Is supplex libellus ab Amanuensi tunc disertis verbis palam ac publicè recitatus, sigillo Academiae & Amanuensis chirographo subsignatus Regi primo quoq. tempore offerretur: cum p[rae]sertim ad hoc efficiendum Christiani no[min]is ratio, & Catholicae fidei professio, nostraq. singulorum Conscientia nos cogat, Regis voluntas in publico trium Ordinum conuentu abundè testata vehementius Impellat, vicinoru exempla commoueant, deniq. publicae tranquillitatis & pacis singulare studium & cura cohortetur. Ac quoniam à Deo Opt. Max. benè agendi p[rin]cipia causaeq. ducuntur, statutum est vno o[mn]i[um] consensu publicas ad D. Martini supplicationes in diem Martis proximum esse decernendas, vt diuino numine freti votis n[ost]ri apud Regem compotes effici possimus. Porrò in eo conuentu exposuit fisci Cognitor, Aurigas esse nonnullos, qui ob Interclusum veterem agendis curribus aditum, aliam sibi per Scholasticu pratum, ab Academia, quandiu vellet, nulla praefinita temporis mora, cōcedi viam, oblata etiam pecunia, summis precibus contenderent. Quorum annuere petitioni singuli Academiae ordines minimè aequum putarut:

ne Idipsum pro quo olim cum plerisq aliis strenuè ac fortiter, adhibita etiam Senatus authoritate, pugnauimus, nunc vltrò Illis temerè concessisse videremur, neve leuioris ac turpioris alicuius spe lucri, quod ad paucos fortasse perueniret, veteris nostrae possessionis, magno Academiae dedecore, diceremur esse desertores.

Die Martis 22. Octob. 1577 Indicta fuêre publica apud Mathurinenses Comitia hora 8. matutina quibus deliberatum est de eligendis ex vnoquoq ordine viris, qui protho praeside vnà cum Rectore adirent eum supplices rogaturi vt tantisper Senatusconsulti nuper de restituenda seu reformanda Academia lati exequutio differretur, dum nonnullas exceptiones ad illud Senatusconsultum pertinentes, Academia Senatui proposuisset. Itaq nominatus est è nostro ordine D. Mustel, aut eius loco D. Brigard, qui vnà cum Decano reliquisq selectis illuc proficisceretur.

Die Iouis 24. eiusdem mensis vocati apud Rectorem selecti viri cum iis qui biduò ante in publico Mathurinensium conuentu nominati fuerant, deliberaturi de libello supplici Senatui porrigendo, quo illud ipsum ~~cuius gratia~~ de quo apud protho praesidem paulò ante actum erat, ab vniuerso Senatu impetrare liceret: censuerunt omnes Supplicem libellum communi consensu descriptum, et publicè lectum Senatui primo quoq tempore esse offerendum.
Porrò Cognitor fisci cum postulasset accersiri singulos eorum in quibus nulla fit publica literarum professio, Gymnasiorum primarios (quippe ad quos Senatusconsultum de Academiae Instauratione seu reformatione latum Imprimis pertinere dicebat) vt ad Impensas in proponendis Senatui nonnullis Exceptionibus necessarias aliquid pecuniae conferrent, vt sic totius Academiae Inopia subleuaretur: existimarunt omnes aequissimam esse Illius postulationem, ideirco omnes Illos Gymnasiarchas die Dominico à Rectore esse conuocandos, vt de eorum voluntate certior fiat.

Supplicationes

SUPPLICATIONES RECTORIS

ANNO DOMINI suprà Millesimum Quingentesimum Septuagesimo Sexto, Pridie Calend. Decembr. Indictis apud Mathurinenses Comitijs, decreta est communi 4^or. Academiæ Ordinum consensu, extraordinaria Supplicatio Rectoris M. Hugonis Burlat Theologi Sorbonici, ad D. Iacobi è Carnificina, ad tranquillitatis & pacis in Gallia conseruationem, & pestiferæ Contagionis, Implorato supplicibus votis, Dei auxilio & misericordia, præcautionem. /.

Die Veneris 14. Decembr. 1576. decreta est ordinaria eiusdem Rectoris Supplicatio ad D. Seuerini, pro extirpandis hæresibus, & fœlici successu rerum in publico trium Ordinum Conuentu agendarum. /.

Die Iouis 21. Martij 1577. decreta est ordinaria Rectoris M. Iacobi Marij supplicatio ad D. Francisci. Indictis ea gratia publicis apud Mathurinenses Comitijs: In quibus supplicauit Procurator nationis Gallicanæ pro literis gradus, cuius postulationi omnes annuerunt, itemque grata & accepta habuerunt quæcunque à Rectore in suo magistratu gesta fuerant, eique literas commendatitias concedendas putarunt.

Die Dominico 28. mensis April. 1577 decreta est extraordinaria supplicatio Rectoris M. Gulielmi Dernecourt Theologi Nauarrici ad D. Catharinæ è valle Scholarium. (Indictis eo nomine publicis apud Mathurinenses Comitijs) ad exorandam summis precibus Dei Opt. Max. clementiam, vt Regem nostrum Christianissimum diu nobis seruet Incolumem, fruges que terræ concedat, & omnem Imminentis ex vicinorum contagione pestiferæ luis acerbitatem atque malignitatem procul à nobis arcere velit, tandemque sedatis & pacatis Ciuilibus bellis, firmatam vnanimi Catholicæ ;

Apostolicæ, & Romanæ Religionis consensu tranquillitatem & pacem nobis largiatur. In ijs porrò Comitijs exposuit fisci Cognitor In quodam Gymnasio parietes aliquot siue muros ventrem facere ruinamque minari: Gymnasiarcham verò necessariam illis instaurandis pecuniam (modò id totius Academiæ consensu atque approbatione fiat) vltrò liberaliterque Impertiturum. Verum eius rei deliberatio quia minimè videbatur tam breui tempore posse perfici, tota est ad selectos viros demandata.

Die Mercurij. 19. mensis Iunij. 1577. decreta est eiusdem Rectoris ordinaria ad Regiam Nauarram supplicatio, ad agendas Deo Opt. Max. gratias pro fœlici successu rerum ab eo sui tempore Magistratus prospere fœliciterque gestarum: quas singuli Academiæ Ordines grata acceptasque & ratas habuerunt: eique literas commendatitias sponte liberaliterque pro more concesserunt.

Die Dominico Pridie Cal. Iulij. 1577. habito apud Mathurinenses 4or. Ordinum conuentu decreta est extraordinaria Supplicatio Rectoris M.   Thoallier ad D. Germani Pratensis, ad exorandum Deum Opt. Max. vt Principum Inter se dissentientes animos conciliet, omnem ab Ecclesia hæreseos atque Impietatis labem expellat, coelo temperiem ac serenitatem, fœcunditatem terræ concedat, Regi Regiæque consanguinitati firmam, diuturnamque valetudinem, & in rebus pace belloque gerendis consilium, prudentiam ac fœlicitatem largiatur. Porrò in eo Conuentu postulauit Censor Academiæ, vt Iuxta facultatis Artium deliberationem, nullum posthac in creandis Academiæ magistratibus Ientaculum diebus Esurialibus concederetur: estque illius postulatio ad selectos viros relata. Postulauit item Cognitor fisci nomine D. Episcopi Meldensis priuilegiorum Academiæ Conseruatoris, sibi dari Academiæ adiunctionem in persequenda lite suscepta aduersus Mathurinenses

Mathurinensium Cœnobiarcham de loco Iuris ab eo dicendj retinendo more maiorum. Cuj quidem postulationj omnes annuerunt, sic tamen vt Illius dutaxat, non autem Academiæ Impensis id fiat.

Die Martis. 10. Septemb. 1577. decreta est eiusdem Rectoris extraordinaria Supplicatio ad D. Martinj Campestris, ad exorandam Dej Opt. Max. Immensam bonitatem, vt & Regi nro Christianissimo, & nobis sua gratia adesse dignetur, cuius beneficio eam quam à Rege porrecto supplicj libello postulauit Academia, vnius Catol.æ Apostolicæ, & Romanæ Religionis in tota Gallia professionem, facilius consequamur

Die Dnico. 6. mensis Octob. 1577. decreta est ordinaria eiusdem Rectoris Supplicatio ad. Sanctj Victoris extrà muros, habito apud Mathurinenses, eo nomine, publico conuentu: In quo postulauit quidam è Montano Gymnasio Pædagogus nomine Darsy, vt Is qui Interrupto post biennium cursu Philosophico, nouum aggressus fuerat, priorem Illum à se Inchoatum absoluere Academiæ authoritate cogeretur. Supplicauit etiam Logicj apud eosdem Montanos Ordinis ductor, natione Scotus, vt pactum quod cum dilectis illius Gymnasij viris contra Academiæ leges (quarum erat Ignarus) Imprudens Inierat, eiusdem Academiæ authoritate rescinderetur, & Intermissum à se illius vj contractus, (quod alterj tradere volebant) Philosophiæ docendj munus persequj; (Primario suum pariter officium faciente) & ad extremum perducere sibj liceret: deprecatus veniam, quod siquid a se erroris fuisset commissum, Id omne Statutorum Academiæ sola Ignoratione, non aut fraude aut dolo malo videretur accidisse. Huius vtriusq rej summam propter angustiam temporis ad facultatem Artium remittj. Cognitor fiscj cum postulasset, placuit totj Academiæ negotium hoc, quoniam ad Vniuersam Academiam spectare videbatur, ad selectos viros referrj, atq Illorum ea de re sententiam totj postmodum Academiæ fideliter renunciarj. Probata insuper omnibus ordinibus fuere quæcunq à Rectore in suo magratu gesta fuerat, eiq propterea comendatitiæ literæ vltrò liberaliterq concessæ. /.

Ratio Accepti Ordinarii In priore Decanatu Claudij Rousselet Lutetianj. Anno Dnj. 1576. ab eo reddita die .12. mensis Nouembris .1577.

A M. Stephano Gourmelen nuper Decanatu functo ex residuo suarum Rationum quas reddidit die Sabbatj. 17. mensis Nouembris, 1576. vt est ex eius Commentarijs perspicuum, accepj duos & quinquaginta solidos turonenses — Lij s ts.

A D. de Vigny Vrbis Quæstore, pro reditu vnius annj exactj pridie Cal. Januarij. 1575 — — x L ts.

Ab eodem Quæstore pro dimidiato anno eiusdem reditus. 10. librarum turonens. exacto pridie Cal. Julij. 1576. — — — — — — v L ts.

A M. Joanne fardeau Cognitore in minore Judiciali Foro, vulgo Castelleto, pro trimestrj locaone domus Scholarum exacta in die Natiuitatis Dominj 1576 — — — — — — xviij L ts.

A Quæstore de vigny pro trimestrj reditu Centum Librarum turonens. exacto pridie Cal. Julij. 1576 — xxv L ts.

Ab eodem Quæstore de vigny pro trimestrj reditu exacto pridie Cal. Octob. 1576. — — xxv L ts.

Ab eodem pro trimestrj reditu. 10. Librarum turonens. exacto pridie Cal. Octob. 1576. — L s ts.

A Richardo Challois pro dimidiata parte annuæ Locaonis nouæ domus Scholarum exacta in die Paschæ nuper elapso 1577 — — — — — xvj L et ts.

Summa primæ paginæ est £ L. lt. ciijs.

A. M. Joanne Fardeau, pro trimestri locatione maioris domus Scholarum exacta in die Paschæ nuper elapso 1577 — — — — xvii lt.

Ab eodem pro trimestri locatione eiusdem domus Scholarum exacta in die S. Joannis Baptistæ nuper elapso 1577 — — — xvij lt.

A Quæstore de Vigny pro trimestri reditu Centum librarum Turonens. exacto pridie Calend. Januarij 1576 — — — — — xxv lt.

Ab hæredibus honestæ viduæ Ludovicæ Pennicher qui debent quotannis facultati 50 asses pro cuiusdam Obitus celebratione — — — — Nihil

A nobili muliere Anna Le Cirier vidua D. Courtin Regij quondam Senatoris quæ debet facultati quotannis in die Nativitatis Domini centum asses pro celebratione obitus M. Theodorici Le Cirier patris sui olim celeberrimi Medicinæ Doctoris — — — — — Nihil.

Aliud Acceptum pro Vesperijs

A M. Dnico Bourgoing pro vesperijs accepi 20 . 4 . — — — — — — lxvij lt.

Aliud acceptum pro Doctoratu.

Ab eodem M. Dnico Bourgoing accepi pro bursis Doctoratus — — — — lxx lt.

Ab eodem pro Sacello — — — xxx lt.

Summa secundæ paginæ est 199 lt 10 s

Aliud

Aliud Acceptum pro Pastillarijs siue Antequodlibetarijs, & pro prandio Supplicationum.

À M. Joanne Cotrillon, per manus D. Gourmelen nuper Decanatu functi; pro Pastillaria, & pro prandio Supplicationum. — — — — xliij L xi s ts.

À M. Germano Courtin, pro ijsdem causis — xlm L xi s ts.

À M. Nicolao Marchant pro ijsdem causis — xlm L xi s ts.

À M. Juliano Bere pro ijsdem causis — xlm L xi s ts.

À M. Jacobo Nicolas pro ijsdem causis — xlm L xi s ts.

À M. Dominico Bourgoing: pro ijsdem causis — xlm L xi s ts.

Aliud Acceptum

À M. Petro du chemin nrae Scholae Baccalaureo, qui quamuis ordinario Licentiarum tempore cum suis commilitonibus non adfuisset, nihilominus die Sabbati 9. Martij. 1577. communi totius ordinis consensu atque decreto, ob legitimam à se productam suae absentiae causam, quam in Comitijs facultatis antea commemorauimus, admissus fuit ad licentias: accepi pro Bursis Licentiarum — — — — — xxxb L ts.

Ab eodem pro Iure praesentationis — Lxx s ts.

Ab eodem pro muleta, propterea quod hic atque eius commilitones Baccalaurei suas Cardinalitias disputationes statuto tempore non absoluissent — xiij L xij s ts.

Summa tertiae paginae est 313 lt 8 s.

Aliud Acceptum à Baccalaureis
pro Lectorũ stipendijs, et Regr̃o.

À M. Ioanne de Gayette Lutetiano —— m^{to} xvj s.
À M. Petro Arthuys Coenomanensi —— m^{to} xvj s.
À M. Ludouico Dreux Pictauensi —— m^{to} xvj s.
À M. Symone De la Croix Antissiodorensi —— m^{to} xvj s.

Aliud Acceptum.

À communitate seu societate Chirurgorum, pro Inscriptione suæ Regr̃o in festo D. Lucæ Euãgelistæ: quo die Iusiurandum facultati præstare debent —— Nihil

À cõitate seu societate Tonsorũ Chirurgorũ pro simili Iureiurando ab ijs perendie festi D. Lucæ pro veteri more præstando ~~& pro Anatome~~ —— Nihil

Summa paginæ quartæ est 15 lb 4 s.

Summa totius accepti est 633 lb 14 s.

RATIO EXPENSI

Ordinarij in priore Decanatu Claudij Roußelet Lutetianj ab eo reddita die 12. Nouembris 1577.

ANNO DOMINI Suprà Millesimum Quingentesimum Septuagesimo sexto, 17. mensis Nouembris, quo die D. Gourmelen nuper Decanatu functus suas ordinarias rationes reddidit, numeraui prædicto D. Gourmelen ex decreto facultatis, pro honorario 25. aureos solares — — — iiij^{xx} v lt.

Die 7. mensis Decembris 1576. Amanuensi Academiæ, qui mihi exemplar Diplomatum, quorum vi publicam in Academia docendi facultatem assequi nitebantur Chirurgi, & latam ab Academia in publico Mathurinensi conuentu contra eos sententiam suo chirographo obsignatam exhibuit: numeraui — — — — iiij l iiij s.

Die 18. eiusdem mensis, Patrono qui rerum Patrij Ordinis nostri in publico trium Ordinum conuentu proponendarum capita, proprijs atque appositis & significantibus verbis eleganter descripsit atque in ordinem digessit, numeraui — — vj l xvj s.

Eius famulo siue Clerico pro labore quem in ijs transcribendis suscepit — — xx. s.

Summa primæ huius paginæ 97 lb.

Die 25. Decembris. 1576. Symonj Hemon minorj Scholæ nrœ Apparitorj, pro calculis supputatorijs, & pluribꝫ Impensis, tum in die redditarū rōnū Ordinariarum D. Gournelen, tum etiam alijs diebus ab eo factis, de quibꝫ eius acceptilatiō fidem facit, numeraui — — — vj^l xiij s ts.

Die. 6. Januarij. 1577. persolui Questorj Domus Hospitalis Dej pro reditu annuo exacto die Natiuitatis Dnj nuper elapso. 1576. vt ex eius acceptilatione constat — — — L s ts.

Calendis Martij. Symonj Hemon minorj Apparitorj, pro cereis distributis, ex vniuersi Ordinis decreto, In die Purificaōnis Beatæ Mariæ Virginis, vt est ex eius acceptilaōne perspicuū, numeraui — Lxx L ts.

Die Martis. 23. mensis Aprilis. 1577. persolui M. Hectorj Barreau Cœnobij D. Genouefes Questorj; pro annuo Censu à facultate debito in die sancto Paschæ nuper elapso. 1577. vt patet per eius Acceptilaōnem — — — xxix s viij d ts

Aliud expensum pro tuenda Iatriæ Ordinis aduersus temerarios Chirurgorū Conatus authoritate & dignitate.

arrestum seu senatusconsultum 1551. et 1572 adversus chirurgos.

Die 15. mensis Martij. 1577. pro duplicis Senatusconsultj seu Arrestj consequutiōne, vnius quidem anno dnj. 1551. alterius anno. 1572 à Senatu latj quorū vtroq cauetꝰ ne quis ad Chirurgiæ magisteriū admittatꝰ, nisi præsentibꝫ 4or. Medicinæ Doctoribꝫ, numeraui — — xxxvj s ts.

Die. 28.

Summa huius secundæ paginæ est ~~8 L lt~~ 8 s

45

Die 28. Martij 1577. pro consequendo Diplomate Regio ad rescindendum aliud paulo ante à Chirurgis falso nomine Impetratum, quo docendj facultas illis in Academia concedebatur, persolui 4. a. — xiiij £ ts.

Die 15. Aprilis 1577. D. Giroust pro Impensis à se factis, & mora temporis diuturniore contracta Blezis, vt absolutum illud Diploma Regium quamcitissimè huc adferret, persolui 2. a. vt est ex eius acceptilatione perspicuum. —— vij £ ts.

Aliud expensum in lite suscepta aduersus Mathurinum preuost Bibliopolam, qui nonnulla à Chirurgis contrà nostrum Ordinem contumeliose scripta typis excusserat.

Die Martis 23 Aprilis 1577. M. Gabriel Brillet Senatus Amanuensi, qui supplici libello (quem pridiè à quodam amico meo gratis describendum curauera) à nobis Senatuj porrecto contra Mathurinum Preuost Bibliopola, eiusdem Senatus decretum siue responsum illi Bibliopolæ postea significandum adscripsit, dedj —— —— —— —— xviij s ts.

Die 15. mensis Maij 1577. D. Chauuelin Patricij nostrj Ordinis Patrono, qui causam nostram egit in Senatu aduersus predictum Bibliopola Mathurinum Preuost —— iij £ ts.

Die 16. mensis Augustj 1577. D. Crozon in Senatu Cognitorj, pro multis supplicibus libellis & alijs ad sui muneris atque officij rationem pertinentibus proque suis in lite aduersus predictum Bibliopola persequenda laboribus numeranj, vt ex eius acceptilatione constat — vj £ ts.

D. Courtin Senatus Apparitorj pro varijs rebus ad sui officij rationem pertinentibus. numeranj 12. Julij 1577. ~~vt ex eius~~ acceptilatione constat —— —— viij s ts.

Summa huius tertiæ paginæ est 38 £ 18 ß

Aliud Expensum in Vesperijs

Die Martis. 8. Januarij. 1577. in Vesperijs M. Dominici Bourgoing — — — — lxb L xij s t.

Aliud Expensum in Doctoratu eiusdem D. Bourgoing.

Die Martis. 15. Januarij. 1577. pro bursis numeraui 72. Doctoribus maiorum emolumentorum capacibus, singulis quindecim asses: estque Impensa summa — Lb L x s t.

Aliud expensum in Antequodlibetarijs seu Pastillarijs.

Die Martis. 13. mensis Nouembris. 1576. in Pastillaria M. Joannis Cothillon — — — xxxiij L iiij s t

Die Mercurij. 21 eiusdem mensis in Pastillaria M. Germanj Courtin — — — — xxxiij L iiij s t

Die Lunæ. 3. mensis Decembris. 1576. in Pastillaria M. Nicolaj Marchant — — xxxiij L iiij s t

Die Mercurij. 12. eiusdem mensis Decembris 1576. in Pastillaria M. Julianj Beré — xxxij L xbj s t

Die Mercurij. 16. mensis Januarij. 1577. in Pastillaria M. Jacobj Nicolas — — — xxxiij L iiij s t.

Die Martis. 29. eiusdem mensis Januarij. 1577. in pastillaria M. Dominicj Bourgoing. — — xxxiij L iiij s t.

Aliud Expensum in Quodlibetarijs

Die Jouis. 15. mensis Nouembris. 1576. in Quodlibetaria extra ordinem disputatione. M. Joannis Cothillon numeraui doctoribus disputantibus — bij L iiij s t.

Summa huius quartæ paginæ est 327 lb 7 2 ß

Die Jouis 22.

Die Jouis 22. eiusdem mensis in Quodlibetaria extra ordinem disputatione. M. Germani Courtin — — — — lvj. L iiii s ts.

Die Martis. 4. mensis Decembris. 1576. in Quodlibetaria extra ordine disputatione. M. Nicolaj Marchant — — — lvj L iiii s ts.

Die Jouis. 13. eiusdem mensis in Quodlibetaria extra ordinem disputatione M. Julianj Beré — — — — lvj L iiii s ts.

Die Jouis. 17. mensis Januarij. 1577. in Quodlibetaria extra ordine disputatione M. Jacobj Nicolas — — — — lvj L iiii s ts.

Die Jouis pridie Cal. februarij in Quodlibetaria extra ordinem disputatione M. Dominicj Bourgoing. — — — lvj L iiii s ts.

Die Jouis. 14. mensis februarij. 1577. In Ordinaria disputatione Quodlibetaria M. Jacobj Marat — lvj L iiii s ts.

Aliud Expensum In Comitijs Academiæ & supplicationibus Rectoris

Die Mercurij. 7. mensis Nouembris. 1576. in publicis apud Mathurinens. Comitijs in quibus deliberatum est de seligendis viris Academiæ, qui res ad illius statum Integritatemque pertinentes in publico trium Ordinum Conuentu coram Regia maiestate proponerent, ijsque propter eorum quæ varia

Summa huius paginæ quintæ est L 43 lt 4 ß

à quamplurimis prolixa oratione postulabantur (de quibus in Rerum gestarum historia) ab octaua ad vndecimam horam productis, numerauj Doctoribus qui diuturnj illius temporis tædium pertulerant —— iij l. ts.

Pridie Cal. Decembris. 1576. in Extraordinaria Supplicatione Rectoris M. Hugonis Burlat Theologi Sorbonicj ad D. Jacobj, ad consequendam fusis ad Deum precibus totius regnj tranquillitatem & pacem, & arcendam Dej beneficio, pestiferæ luis ex aliarum Regionum vicinia Imminentis contagionem, numerauj Doctoribus vtrisque Apparitorj & pro offertorio —— —— —— x l. xiij s. ts.

Die Veneris. 14. mensis Decembris. 1576. in ordinaria eiusdem Rectoris Supplicatione ad D. Seuerinj, pro extirpandis hæresibus, & foelicj rerum in publico trium Ordinum conuentu agendarum successu —— —— —— —— —— ix l. xiij s. ts.

Die Veneris. 7. mensis Decembris. 1576. in publico apud Mathurinenses Academiæ conuentu, in quo actum est de D. Cancellarij pro Chirurgis contra nostrum Ordinem, vel potius vniuersam Academiam postulatione, & totius illius controuersiæ & litis diremptione —— —— —— —— —— xx s. ts.

Die mercurij postridie Calend. Januarij. 1577. In Comitijs publicis apud Mathurinenses habitis in quibus est de aperiendo nominandorum Catalogo deliberatum —— xxx s. ts.

Summa sextæ huius paginæ est 25 l. 16 s. Die ~~[illegible]~~ Mar

Die Martis. 8. Januarij In funere Illustriss. Imperatoris ad D. Virginis celebrato cui universa Academia ex mandato Regis adesse oportebat, dedi Dno le pescheur, qui tum eo die tum pridie Decano fuit comes. 2. Capitata argentea —— xxxii s ts.

Decano pro eadem causa duplum —— lxiiii s ts.

Utrique Apparitori pro simili causa —— lxiiii s ts.

Die Jovis. 21. Martij. 1577. in ordinaria Supplicatione Rectoris. M. Jacobi Marij ad D. Francisci — — — — x L viii s vi d ts.

Die Sabbati postridie Cal. Martij. 1577. in publicis apud Mathurinenses Comitijs in quibus actum est de claudendo nominandorum Catalogo, & de resignatione officij librariatus Michaëlis Vascosan in favorem nepotis sui Michaëlis Morel — xxx s ts.

Die Jovis. 11. mensis Aprilis 1577. In Comitijs Mathurinensibus in quibus actum est de provisione officij librarij Jurati vacantis per obitum Michaëlis Morel Immediati eiusdem officij possessoris — — — — — — L s ts.

Die Martis. 16. Aprilis In Comitijs Mathurinensibus in quibus convocati sunt Curati, Capellani, & Beneficiarij Academiae — xxviii s ts.

Die Dnico. 28. eiusdem mensis in extraordinaria Rectoris. M. Gulielmi d'hernecourt Theologi Baccalaurei Navarrici Supplicatione ad D. Catharinae è valle scholarum. — — x L xvi s ts.

Summa huius septimae paginae est L 34 lb 12 β 6 d

Die Mercurij. 19. Junij. 1577. In ordinaria eiusdem Rectoris supplicatione ad Reginam Nauarram — x^l viij s. iiij d.

Die Dnico pridie Calend. Julij. 1577. In supplicatione extraordinaria Rectoris. M. Thoallier ad. D. Germani Pratensis — — — ix^l. ix s. iiij d.

Die Martis 27. mensis Augusti In publico apud Mathurinenses conuentu In quo deliberatum est de loci, in quo priuilegiorum Academiae Conseruator dicere Ius solet, commutatione — — xl s.

Die Sabbati. 7. mensis Sep^bris 1577. In publicis apud Mathurinenses Comitijs In quibus actu est de porrigendo Regi ab Academia supplici libello, quo nulla praeterquam Catholicae Apostolicae & Romanae Religionis exercitatio, cum in Urbe, tum in tota franciae Insula, concederetur — xxxv s.

Die Martis. 10. Septembris. 1577. in extraordinaria eiusdem Rectoris Supplicatione ad D. Martini Campestris — — — — x^l xvij s.

Die Dnico. 6. Octobris. 1577. In ordinaria eiusdem Rectoris supplicatione ad Sancti Victoris propè muros — — — — x^l. ix s.

Die martis. 22. eiusdem mensis In publico apud Mathurinens. conuentu, in quo deliberatum est de seligendis aliquot ex Academia viris, qui prothopraesidem adirent, peterentque dilationem exequutionis Senatusconsulti seu Arresti nuper de reformanda Academia lati, ad aliquot dies, quibus nonnullas exceptiones ad Illud pertinentes Senatui proponere liceret: — — — xxxiij s.

Summa huius octauae paginae 46^lt Die Jouis
11 s 9 d

Non

Dece

Janu

Die Jouis 24. Octobris 1577. In priuatis apud Rectorem M. Nicolau Richard Theologum Nauarricu Comitijs, quibus est à selectis & ijs qui biduo ante in publico Mathurinensiu conuentu nominati fuerant, deliberatum de formula describendi supplicis libelli eò pertinentis, ut non prius Senatusconsultum de Academiæ restitutione seu reformatione nuper latum executioni mandaretur, quam exceptiones quædam essent ab Academia proposita: numerauj D. Mustel, propter diuturnam, à prima ad 4.^{am} usque, quam illic una cum Decano traxerat, temporis moram, capitatum vnum argenteum — — — xxv s ts.

Decano insuper pro simili causa. 2 capitata argentea — — — — — L s ts.

Aliud Expensum in Missis & Refusionibus facultatis.

Novemb. 1576. Die Sabbati 24. Nouembris. 1576. persolui Sacerdotibus pro 4.^{or} missis ordinarijs huius mensis, vno Obitu, & solemni Missa celebrata in die festo D. Catharines — — — — iiij.^{L} vj s ts.

Doctoribus & vtrique Apparitori — iiij.^{L} iiij s viij d ts.

Decemb. 1576. Die Sabbati xxix. Decembris. 1576. dedi Sacerdotibus pro 9. Missis & 2. Obitibus — vj^{L} xvj s ts.

Doctoribus & vtrique Apparitori — v^{L} xv s iiij d ts.

Januarij. 1577. Die Sabbati 26. mensis Januarij. 1577. dedi Sacerdotibus pro 4.^{or} Missis & gemino Obitu — iij^{L} xvj s ts.

Doctoribus & vtrique Apparitori — — iij^{L} x s iij d ts.

Summa huius nonæ paginæ 33^{lb} 2 s 10 d

februar. 1577. Die Sabbati 23. februarij 1577. dedi Sacerdotib*us*
pro solemni Missa die Purificationis Beatæ Mariæ
Virginis celebrata, & 4^or Missis ordinarijs eiusdem
mensis — — — — — — m £ v s.

Doctorib*us* & vtriq*ue* Apparitori — — — m £ xiiij s.

Martius 1577. Die Sabbati 30. Martij 1577. persolui Sacerdotib*us*
pro 6. Missis, & gemino Obitu — — — vj £ v s.
Doctoribus & vtriq*ue* Apparitori — — m £ i s vj d.

Die D*omi*nico 14. mensis Aprilis 1577. numeraui
Doctorib*us* & vtriq*ue* Apparitori, qui Interfuerunt
Vigilijs pro salute animæ defuncti D. de Colonia
celebratis — — — — — — iiij £ s.

Postridie distribui ijsdem Doctoribus, & vtriq*ue*
Apparitori qui adfuerunt Sacro pro eodem D.
de Colonia celebrato — — — — iiij £ s.

Aprilis 1577. Die Sabbati 27. eiusdem mensis Aprilis dedi
Sacerdotib*us* pro 4^or missis & vno Obitu — iij £ xii s.
Doctoribus & vtriq*ue* Apparitori — — iij £ iiij s.

Maius 1577. Die Sabbati 25. mensis Maij 1577. persolui
Sacerdotib*us* pro 4^or missis ordinarijs, & vna
celebrata die festo D. Nicolai — — — iij £ v s.

Doctoribus & vtriq*ue* Apparitori — — £ i s.

Junius 1577. Die Sabbati 29. mensis Junij 1577. numeraui
Sacerdotibus pro 5^e Missis & Obitu pro
salute a*nim*æ D. Sellier celebrato — — iiij £ iiij s.
Doctorib*us* & vtriq*ue* Apparitori — — m £ v s viij d.

Die Lunæ

Summa huius decimæ paginæ est
44 lb 16 ß 2 d

Die Lunæ. 14. mensis Octobris. 1577. numeravi D. Passart ordinario Scholarum Professori pro refusionibus totius huius anni — — — xxxix s ts.

Die Veneris. 18. mensis eiusdem, qui dies est S. Lucæ Euangelistæ Divo nostro tutelari sacer, dedi singulis Doctoribus & utrique Apparitori capitatim unum argenteum, & assem unum: est igitur Impensa summa — — — — C s L vi s ts.

Die Lunæ 21. eiusdem mensis numeravi D. Millot Ordinario Scholarum professori pro refusionibus totius huius anni. — — xxxix s ts.

Iulius, Augustus, Septemb. & Octob. 1577.

Die Sabbati: 26. eiusdem mensis pro Missis mensibus, Iulio, Augusto, Septembri & Octobri celebratis persolvi Sacerdotibus pro 7. missis videlicet & gemino Obitu — — — — lvj. iij s ts.

Doctoribus & utrique Apparitori pro refusionibus prædictorum 4or. Mensium — — — L s L s m s ts.

Dedi D. Ellain pro refusionibus huius anni quo Pharmaciam est professus ——— xxxix ts.

Dedi D. Le Conte Pharmaciæ pariter professori pro refusionibus huius anni ——— xxxix ts.

Summa huius undecimæ paginæ est 125 lb 11 ß 3 d ob.

Summa totius expensi est huict cents quatre vingts dixhuict livres deux sol dix deniers Itaque ratio expensi superat rationem accepti de deux cents soixante cinq livres huict sols dix deniers

Die 12 huius mensis Novembris audita fuit et probata hæ rationes et obsignata nostris sigillis.

[illegible signatures]

Petrus colher

Corgart

A Duv...

Hurson

Wlassay

Lasser

De bailloul

Bazin

Chesturgeon

Girard

Haldr

Fourdrens

Legriot

De Vermes
et pro dno
Nicolaus

Sigard

Seguin

Le Courte

Bigault

Labarre

Blanchard

Huguet

De Lamare

Stellatus

M. Morthier
et pro dno Robeau

Le Feure

Petrus Landenot

pro dno de Malmedy

Marant

Courtin

Aubret

Chevalier

Forestier

Granger

Le Monanthueil

F. Martin
et pro domino Ruzé

Hilaire

N. Lambert

Arragon

Heron

F. Lamy

Leboux

Gourmelen

Steph. Gourmelen

Du Port

N. Marchant
et pro domino Givory

Cusson

Liebault

Hautin

Nogrant

Akakia et pro domino Alavadeo

P. Lafile

Le Grec

Marchant

Cappellas

Denisot

Ramhosne

Nicolas

Thibault

M Akaky

HISTORIA RERUM GESTARUM

In posteriore Decanatu Claudij Roufselet Lutetianj. Anno Dnj. 1577

ANNO DOMINI SUPRÀ MILLESIMUM Quingentesimum Septuagesimo Septimo, Die Sabbatj postridie Calend. Nouemb. Indictis per Schedulam Comitijs, factoq Doctorum propè omnium in superiores Scholas concursu, primum quidem ijs pro sua in me beneuolentia, mihiq nec cogitantj nec optantj sponte liberaliterq dolato, quem superiore anno gesseram, Magratu, pro eo ac debuj, Immortales gras egi. Tum exposuj veterum monimentis esse proditum, & ad hunc vsq diem in Jatrica Schola religiosissime semper obseruatum, vt quotannis die Sabbatj festum omniu Sanctorum proxime sequente, noua Decanj, Lectorumq electio, vel eorundem prorogatio fiat: vtriusq verò rationem omnem ex ~~illorum~~ suo ipsorum arbitrio pendere, atq in sua potestate esse sitam. Itaq eos monuj, vtra magis probaretur, collatis eò singulorum suffragijs ac deliberationibus apertè declararent. Ac si quidem Illis noua Decanj electio placeret, me vltrò Magratu cessurum, si prius ea quae à me toto Illius tempore gesta fuerant, grata sibj atq accepta esse Ingenuè profiterentur, ac sibj certò persuaderent, me in huius Jatricae veluti Reip. administratione eam sedulò nauasse operam, vt eorum, quae ad probj virj munus atq officium, & totius Ordinis decus & ornamentu, commodum vtilitatemq pertinent, nihil quicquam à me praetermitteretur.

Hoc si ab illorum humanitate impetrarem, iis quidem vniversis aliqua ex parte, mihi verò oīo satisfactum iri. Sin autem mea qualiscunque Industria illis anteà non modò iucunda fuit, verumetiam toti Scholae posthac videretur vtilis futura, ideoq Magratus mihi hoc nomine prorogandus: me quoq illorum voluntati hac in parte non illibenter obsequuturum, resq ad Scholam pertinentes, non minori quàm anteà studio, fide, Integritate ac sedulitate administraturum. His à me breuiter expositis, req in deliberatione posita, singuli Doctores oēs mea consilia atq actiones valdè probarunt, meamq hactenus sibi perspectam propensae in Iatricum nostrum Ordinem voluntatis atq animi significationem, & nauatam (Deo fauente) non oīo infæliciter in gerendo Magratu operam grata memoria, & non mediocri laude prosequuti, multoq magis toti Scholae posthac vtilem fore Iudicantes: vno ore atq consensu in eam pariter sententiam descenderunt, vt meüs hic Magratus in sequentem annum prorogaretur: Ideoq vt quo cœperam, pede pergerem, vehementer sunt cohortati.

Quod equidem me facturum, morem illis gerere cupiens, bona fide recepi, seduloq elaboraturum, vt si à me ea expectarint omnia, quæcunq possunt à viro probo, & totius Ordinis studiosissimo iure desiderari, reipsa Intelligant haud inanem fuisse expectationem suam.

Hanc mei Magratus prorogationem subsequuta est D. Millot & D. Ellain, Illius quidem Medicinae, huius verò Pharmaciae professorum ordinarii supplicão, qua suam vterq professionem in sequentem annum prorogari postulabat. Cui quidem vtriusq petitioni oēs liberè annuerunt, atq insuper huic D. Grangier, illi autem D. Cappel (in locum D. Le Conte & D. Passart, qui erant eo munere defuncti) professionis socium, ac veluti Collegam adiunxerunt; Dnum verò Martin Chirurgiae pariter professorem de nouo crearunt, seruata in his tribus eligendis professoribus ea oīo electionis formula, quae post annos. 10. vsurpari consueuit. De mercede autē nunc primùm creato Chirurgiae professori cōstituenda in eum ad diem audiendis Decani raoibus destinatum oīo differri voluerunt.

D. Martin Chirurgiae professor in Schol. de nouo creatur.

Quodlibetaria

Disputationes Quodlibetariæ.
Anno Dni. 1577.

Die Jouis 21. mensis Nouembris 1577. disputauit de Quodlibetaria In ordine M. Petrus de la mer, respondente Joanne de Gayette Lutetiano de hac quæstione, An vlceris Curatio Siccatio?
In hac autem prima disputatione Quodlibetaria singulorum nomina Doctorum fuerunt à maiori Apparitore palam ac publicè more maiorum proclamata eo qui sequitur ordine:

1. M. Hieronymus de Varade Regis Medicus, eidemque à secretis.
2. M. Vincentius Mustel.
3. M. Petrus Collier
4. M. Nicolaus Le Grand. Medicus Reg.
5. M. Joannes Le Gué.
6. M. Gerardus Denisot.
7. M. Olmarius de Violaines.
8. M. Joannes Huguet.
9. M. Nicolaus Jacquart.
10. M. Symon Pietre
11. M. franciscus Brigard. Med. Reg.
12. M. Petrus Laffile Med. Reg.
13. M. Ludouicus Duret. Medicus & Profess. Reg.
14. M. Gulielmus Robineau.
15. M. Nicolaus de Corneilles
16. M. Ludouicus Coetin
17. M. Philippus Allen.
18. M. Joannes Stellatus.
19. M. Symon Seguin.
20. M. Marcus Myron Prothomedicus Reg.
21. M. Petrus Touzet.
22. M. Joannes Rochon.
23. M. Petrus Rauin.
24. M. Mauricius de la Corde

25 M. Joannes Liebault
26 M. Stephanus Gourmelen.
27 M. Claudius Bailly
28 M. Claudius Roußelet Decanus.
29 M. Joannes Le Conte Reg. Profess.
30 M. Augustinus frondebeuf.
31 M. Petrus Giroust
32 M. Albertus Le febure.
33 M. Symeon Malmedy Reg. Eloquentiæ Profess.
34 M. Ludouicus Thibault.
35 M. Joannes Vernueil
36 M. Gulielmus de la barre.
37 M. Nicolaus Le Gros
38 M. Gulielmus Cappel Scholæ professor.
39 M. Philibertus Laudenot
40 M. Michaël Marescot.
41 M. Joannes faber.
42 M. Bartholomæus Paßart.
43 M. Yuo Marchant
44 M. Martinus Girard.
45 M. Lazarus Thenot
46 M. Euuertius Aragon.
47 M. Anthonius du ual.
48 M. Henricus Monanthueil Reg. Mathemat. Profess.
49 M. Petrus La Bistrate.
50 M. Martinus Akakia Reg. Chirurg. Profess.
51 M. Gulielmus de baillou
52 M. Nicolaus Millot Scholæ professor.
53 M. Nicolaus Ellain Pharmac. Professor.
54 M. Hugo Preuosteau.

M Henricus

55 M. Herricus Blacuod.

56. M. Joannes Lamy.

57 M. Claudius Bazin

58 M. Andreas du Breil

59 M. Joannes Martin. Chirurg. in Schol. professor

60. M. Bonauentura. Grangier Pharmac. Professor.

61. M. Bartholomaeus Perdulcis

62 M. Claudius Rebours.

63. M. Petrus de la mer praeses.

64 M. Jacobus Marant

65. M. Joannes Le Peschem.

66 M. Sulpitius Rigault

67 M. Joannes Haultin

68 M. Joannes Riolant.

69 M. Joannes Beauchesne

70 M. Egidius Heron.

71. M. Gulielmus Lusson.

72 M. Nicolaus Lambert.

73 M. franciscus du port

74 M. Germanus Courtin

75 M. Nicolaus Marchant.

76 M. Julianus Beré

77 M. Jacobus Nicolae.

78 M. Dominicus Bourgoing.

Die Jouis 28. mensis Nouembris. 1577. disputauit de Quodlibetaria. in ordine. M. Claudius Rebours, respondente. Ludouico Dreux. Pictauensi de hac quaestione

An Iuuenes quam Senes facilius Thoracicis morbis defunguntur?.

Die Iouis. 12. mensis Decembris. 1577. disputauit de Quodlibetaria in ordine M. Bartholomaeus Perdulcis, Thoma Scourjon Lutetiano de hac quaestione respondente.
An Calidum vulneribus Capitis amicum?

Die Iouis. 9. mensis Ianuarij. 1578. disputauit de Quodlibetaria in ordine M. Bonauentura Grangier, Symone de la croix Antissiodorensi respondente de hac quaestione.
An certius ex Pulsu, quam Vrina febris Indicium?

Die Iouis. 16. eiusdem mensis disputauit de Quodlibetaria in ordine M. Ioannes Martin respondente Petro Artinys Coenomano de hac quaestione
An Cancer occultus Incurabilis?

Die Iouis. 23. eiusdem mensis disputauit de Quodlibetaria in ordine. M. Andreas du Breil Petro Luynessault Pictauiensi de hac quaestione respondente:
An dysentericis Cathartica?

Disputationes Cardinalitiae.
1578.

Die Iouis. 27. mensis februarij. 1578. respondit de Cardinalitia quaestione M. Thomas Scourjon Academiae Rector praeside D. Alberto le febure. Erat autem quaestio:
An febris soluta die non Critico reuerti solet?

Die Iouis 13. mensis Martij. 1578 respondit de Cardinalitia quaestione M. Claudius fauuelet praeside D. Petro Girouet. Erat autem quaestio talis: An Casus Seni periculosior, quam Iuueni?

Ordo.

Ordo Licentiarum. Die 13. mensis Maij. 1578.

M. Ludouicus Dreux.
M. Thomas Scourson.
M. Joannes de Gayette.
M. Claudius famelet. 1.

Vesperiæ.

Die Jouis 3. mensis Junij. 1578. vesperisatus fuit. M. Ludouicus Dreux preside Dño Giroust: qui quidem præses hanc Candidato proposuit quæstionem: An Cathartica sudorificis miscenda? Alteram verò D. frodebeuf vtrinque agitatam prædicto Dreux definiendam reliquit, sub hoc verborũ cõtextu: An Cathartica alimentis miscenda?

2.

Die Mercurij. 29. mensis Octobris. 1578 vesperisatus fuit Magister Thomas Scourson, preside D. Alberto Le febure hanc Medicinæ Candidato quæstionem proponente, An Radicula à Cibo coctionem Juuat? Cuj quidem quæstionj alteram subiunxit M. Nicolaus Marchant Dnj Girouet vicem gerens, An Cydoniatum à cibo coctionem Juuat? quam vtrinque probabilj ratione agitatam designato Neodidascalo definiendam reliquit.

DOCTORATVS.

Die Iouis. 12. mensis Junij. 1578. M. Ludouicus Dreux Doctoratus gradum est assequutus preside Dno Giroust viro grauj & sapiente. Ac Neodidascalus questionem vltrò citroq agitatam desinendam proposuit Dno Monanthueil, An à ciborum antipathia fastidium? Alteram verò præses discutiendam reliquit Dno frondebeuf, An à ciborum suauitate fastidium?

Die Mercurij. 5. mensis Nouembris. 1578. M. Thomas Scourson Laurea Doctorali fuit donatus preside viro doctiss. D. Alberto Le febure. Est autem vltrò citroq agitata duplex quæstio, vna quidem à Neodidascalo, An Lepus marinus Phtisim Inducit? Altera verò à præside, An Lepus terrestris venustatem conciliat? Illam D. de la Bistrate: Hanc, M. Nicolaus Marchant, Dni Giroust vicem gerens, fusa oratione definiuit. /.

COMITIA FACULTATIS
1. 5. 7. 7.

ANNO D. suprà Millesimum Quingentesimum Septuag.° Septimo Die Martis. 12. mensis Nouembris, Indictis per schedulam Comitijs, factus est frequens Doctorum propè omnium in Superiores Scholas concursus: in quo de audiendis ac probandis Decanj raonibus, & constituenda nuper creato Chirurgiæ in Schol. Professorj mercede est deliberatum. Primùm Igitur ordinariæ sunt à me coràm ac publicè redditæ rej pecuniariæ ~~raones~~ tùm acceptæ, tùm expensæ raones: In cuius quidem dispensatione, rerumque omnium ad vniuersi Ordinis statum Integritatemque pertinentium adminstraone, exposuj me Ità esse versatum, vt in Illa quidem fidej atque probitatis, in hac autem officij ac diligentiæ nihil à quoquam (absit ois φιλαυτία) Jure possit desiderarj. Quo in munere obeundo quantum laboris Impenderim atque operæ, quantamque publicæ Ordinis totius dignitatj atque vtilitatj studens, priuatæ rej & familiaris Jacturam fecerim, cùm ab ijs quj in eodem negotij genere versatj, eius rej periculum fecerunt, vtpote testibus fide dignissimis, tùm verò à reliquis omnibus, nimirum æquissimis rerum æstimatoribus, vel me tacente, facilè posse Judicarj. Itaque eos rogauj vt siquid perspecta mea fides & officij ratio commendationis ac beneuolentiæ promererj videretur, eam nonnulla gratj animj significatione declararent: tùm vt redditas nunc à me bona fide raones approbarent, & suæ illarum approbationis certissimum, appositis suis singulorum chirographis, posteritatj testimonium darent. Nam tametsi est Ipsa quidem Virtus pretium sibj; ac mihj satis esse debet, mens benè conscia rectj: nihilominus æquum viderj, meam illis ità perspectam esse fidem, vt ne posteris quidem vlla de ea dubitandj occasio relinquatur. His à me commemoratis, omnes vno consensu, nemine repugnante, meis petitionibus libenter annuerut, meamque in tutandis & procurandis huius Jatricæ Reipub. rebus, fidem studium ac diligentiam, addita non mediocrj laudum (quas equidem minimè recipio) commemoraone vehementer probarunt, measque raones ante approbatas

obsignarunt, & gratæ rerum à me gestarum memoriæ, propensæq
omnium in me voluntatis atq animi testificaonem dare cupien-
triginta aureorum solatorum summam mihi decreuerunt: quo nomine
illis omnibus pro eo ac debui, equidem ex aio gras egi. Porrò
quamuis ex subductis meis raonibz constaret, non modò nihil in
ærario superesse pecuniæ, quod singulis Doctoribz, pro mora temporis
audiendis & explorandis meis raonibz insumpti, diuturniore distri-
bui posset, verumetiam ducentarum sexagintaquinq librarum, octo
assium, & decem denariorum turonens. summam mihi deberi omnibus
esset perspicuum: nihilominus tamen pari quo antea erga omnes
studio affectus, illorum voluntati morem gerens, & maiorum vestigia
sequutus, inanes eos domum redire non permisi: sed ex totius Scholæ
decreto singulis Doctoribus capitatum argenteum numeraui.
Ad noui autem Scholarum Chirurgiæ professoris mercedem quod
attinet, omnes censuerunt eum, quod pares cæteris Scholæ profes-
soribus labores subiret, pari etiam cum illis, triginta nempe aureorum
solatorum præmio esse afficiendum. Postremò cum de M. Hugone
le masson Senatori Amanuensis (à quo plurima Curiæ Arresta ad
nulla mercede, nulloqz præmio
Iatrici Ordinis statum Integritatemq pertinentia, eram anno su-
periore consequutus) liberalitate, reliquisq in nos officiis verba
fecissem, existimarunt oes perspectam re ipsa huius boni viri atq
officiosi erga nos beneuolentiam, nonnulla grati animi significaone
si non oio, saltem aliqua ex parte esse compensandam: Ideoq statuerunt
ac certa veluti lege nunquam violanda sanciuerunt, vt cerea Candela
(exiguum quidem atq illius meritis impar munusculum, verum propensæ
erga eum voluntatis nræ, & grati acceptorumq beneficiorum haud
immemoris animi testimonium) quotannis in festo Purificaonis Beatæ
Mariæ virginis illi à facultate offerretur. /.

Die Veneris. 6. mensis Decembris. 1577. conuocatis coram Scholæ
professoribz & Decano, oibus conscriptis seu (vt vulgo loquuntur) forma-
triculatis Scholasticis ad noui Archidiaconi noua electione (Nam
qui anno superiore fuerat electus, Vrbe discesserat) collectisq singulorum
suffragiis, Marinus le Pigny Rothomagensis vno omnium consensu
Archidiaconus est electus, & à Scholæ Professoribz & Decano cofirmatus
& approbatus: qui tunc in Decani manibz Iuramentum præstitit, & Petrum
Guerin Vrbis Pharmacopœum dedit suæ fidei atq integritatis sponsorem. /

Die Mercurii

Die Mercurij 18. Decembris 1577. conuocati fuere per Schedulas omnes & singuli Doctores in superiores Scholas, de Pharmacopœorum petitione deliberaturi: qua quidem postulabant, vt in Illorum causam, aduersus vnum è suis nomine Houël, quicum lis erat ab ijs intentata, descenderemus. Eius autem litis inde nata erat occasio, quòd prædictus Houël instituendi noui cuiusdam Ptochodochij (quod Domum Charitatis appellabat) author esse cum vellet, plurima eius rei perficiendæ capita, contra totius Pharmacopœorum (vt illi dicebant) societatis commodum vtilitatemque descripta proponeret. Huic itaque Pharmacopœorum petitioni omnes vltrò annuerunt.

Die Sabbati 21. eiusdem mensis D. Millot Scholæ professor ordinarius humani corporis Anatomen in Schol. publicè spectandam exhibuit, & singularum corporis partium substantiam, figuram, numerum, situm, connexionem, actionem atque vsum non minus doctè quàm eleganter explicauit: duobus Tonsoribus Chirurgis, Stephano Le Jeune primi Tonsoris Regij substituto seu (vt vulgò dicunt) Locumtenente, & Joanne de Lastre, dissectionem manus opera perficientibus.

Die Sabbati 25. mensis Januarij 1578. conuocatis per Schedulam in superiores Scholas magna frequentia Doctoribus, tria sunt in deliberatione posita. Vnum de cereis in festo Purificationis Beatæ Virginis Deiparæ pro more distribuendis: Alterum de aperienda fenestra in pariete Cathedræ Doctorali proximo, vt locus ille obscurior illustretur, & Scholis pariter amplificandis, quæ propter Doctorum frequentiam, & Clariss. virorum qui nostras disputationes cohonestare solent, celebritatem, sunt hodierno die angustiores: Tertium de nuper exorta inter Coytarum & Rimbaldum Doctores Pictauenses de Decanatu contentione. De his igitur tribus rerum capitibus sic est vno omnium consensu statutum. Cereos pro laudabili maiorum consuetudine in Deiparæ Virginis honorem esse distribuendos: Vnius verò aut alterius fenestræ apertionem, & Scholarum amplificationem, tametsi necessariam, tantisper nihilominus differri oportere, dum maior ad hoc operis præstandum, pecuniæ copia suppetat:

Coytarum demq monendum esse per lras, non prius certj quippe à nobis de ista contentione posse decernj, quàm de vtriusq illorum nro Judicio parendj voluntate, & ferendæ in posteru à nobis sententiæ per vniuersum illoru Ordinem approbatione per literas vtriusq chirographo obsignatas, & Pictauensis Scholæ sigillo obductas, addito etiā Instrumento publico Actuarij manu pariter obsignato (Gallj vocant Compromis) factj fuerimus certiores: ne aut vnius dumtaxat habere rationem, aut alterum Indicta causa videamur cōdemnare: quorum alterum est Iniustitiæ, alterum oīo leuitatis. /.

Die Sabbatj Calendis februarij. 1578. conuocatj fuêre per Schedulam magna frequētia Doctores in superiores Scholas: de eligendis futurorum Medicinæ Candidatorum examinatoribus, sacro peracto, deliberaturj. Seruata igr eadem, quæ fuit post annos decem eligendj Decanj formula, electj sunt quatuor examinatores, duo nimirum ex maiorj ordine. D. Denisot, & D. Vermeil, ex minorj Item duo. D. Monanthueil & D. Akakia, futurorū Medicinæ Candidatorū Ingenia probaturj. /.

Die Sabbatj. 15. mensis Martij. 1578. conuocatis hora à meridie 2a. per Schedulam in Scholas superiores Doctoribus, octo Candidatj quorum noīa deinceps sequuntur, tempus suorum studiorū & suæ auditionis probarunt, vnusquisq quatuor schedulis non regratis suntq omnes ad examen per facultatem admissj. Verùm ex ijs vnus Claudius Pinteuille diœcesis Catalaunensis, tametsi propterea minus admittj posse videretur, quod biennes dūtaxat, quæ aliqnj quadriennes esse debuerant, adeptj Magisterij lrās protulisset: nihilominus tamen cum hisce biennibus lrīs aliàs Insuper Apparitoris Gallicanæ nationis Berthej chirographo obsignatas, celebratj à se publicj actus, in vico straminis, quem Determinātiarū vocant, absolutiq sub Dno à Tornera post quinquennium Philosophicj curriculj certissimam fidem facientes adiunxisset: re in deliberatione posita, plerīq omnes in eam pariter descenderat sententiam,

sententiam, vt, quoniam eo Ipso tempore quo Integrum sub præceptore suo Philosophicum stadium emensus erat, Magisterij gradus, quem alioqui propter occupationes tempestiuè assequi non poterat, nihilominus illi, omnibus ad eius adeptionem necessarijs Instructo, Iure debebatur: scarrò ex æquo & bono potius, quam summo Iure cum eo ageretur: vtque vnâ cum reliquis Candidatis (sine præiudicio tamen, & vt vulgo loquuntur, sine consequentia) ad futurum examen admitteretur.

Noīa. 8. Candidatorū Medicinæ ad Examen admissorū die Sabbati. 15. mensis Martij. 1578.

1. Joannes Dacier Diœcesis Lingonensis.
2. Petrus de Lescluse Diœcesis Constātiensis
3. Arduinus de St Jacques Diœcesis Morinensis
4. Claudius Boyuin. Lutetianus
5. Joannes Cottereau Diœcesis Rhemensis
6. Carnotus Gerbault Diœcess. Paris. Vicariatus Pontisarce
7. Joannes Bomier Diœcesis Pictauensis.
8. Claudius Pinteuille Diœcesis Catalaunensis. /.

Die Sabbati. 22. mensis Martij 1578. conuocati fuêre per schedulas in superiores Scholas omnes & singuli Doctores. DD. Examinatorū de Candidatorū doctrina & eruditione Judicium & sententiam audituri. Itaque D. Demsot Examinatorū antiquissimus, ad quem propterea referendæ illius sententiæ Jus pertinebat, de sua & Collegarū suorum in explorandis & probandis. 8. Candidatorū Ingenijs fide ac diligentia præfatus, exposuit eos omnes videri sibi & Collegis ad Baccalaureatum, gradu licet Impari, esse admittendos. Quosdam enim ex illis adeo esse & Ingenij acumine, & singulari doctrina præstantes, vt & Scholæ nostræ ornamento, & Reip. possint esse vtilitati. Alios In bonarum artium ac Medicinæ studio non mediocriter esse versatos, sed qui sint cum superioribus minimè conferendi: nullum tamen ob id Scholæ dedecus allaturi: denique nonnullos qui licet perculsi metu, vel pudore quodam subrustico perfusi; vel in artis præceptionibus nondum satis exercitati, primo isto congressu vtrisque sint Impares, spem tamen

non prorsus Inanem futuram in posterum, adhibito studio, seduloque vigilantia, solidioris doctrinæ, suis præceptoribus afferre possint. Quam quidem illius relationem cum percepisset vniuersus Ordo, eos omnes iuxta Examinatorum consilium ad gradum Baccalaureatus & ad principium admisit: verum ~~eos~~ eos qui reliquis sunt Ingenij viribus Inferiores censuit per Decanum esse benignè leniterque monendos, ita se gerant, vt siquid hactenus ab ijs negligentia peccatum est, posthac diligentia sarciatur, & conceptam in Doctorum animis expectationem sui non modo minimè fallant, sed respondeant sustineant ac tueantur, & Improbis etiam ~~f~~ quoad fieri poterit laboribus ac vigilijs & pertinaci studio vincant.

Die Lunæ 24. eiusdem mensis hora à meridie 2.a facto Doctorum in superiores Scholas concursu, de Baccalaureis Iatricum stadium emensis ad singulare Examen admittendis est deliberatum. Perspecta Igitur 6. baccalaureorum in omnibus biennij superioris disputationibus assiduitate, facultas eos ad singulare & priuatum examen admisit. In eo autem conuentu D. Démsot cum exposuisset eos qui biennio ante ad Baccalaureatum admissi fuerant, falsis quorundam persuasionibus Impulsos, aliquot ex nris Doctores conuiuio vel in publica popina, magnis suis sumptibus, & maiore totius Ordinis dedecore excepisse, postulauit vt huic malo in posterum sedulò prospiceretur. Re Igitur in deliberationem adducta, cum illius æquissima omnibus videretur esse postulatio; Cautum est totius consensu atque authoritate Ordinis, ac velut firma semperque stabili lege sancitum, nè quis Doctor Illegitimis istis in popina Comessationibus posthac Intersit: nè-ve Baccalaurei ad Extraordinarios Istiusmodi sumptus, planeque Inutiles, & à veteri dignitate Scholæ alienos vllo modo adigantur.

Die Sabbati 5. mensis Aprilis 1578. sacro peracto M. Ambrosius Pare Regis Protochirurgus, Internuncio D. Lusson, Scholæ Iatricæ supplex rogauit, vt omni ea, quæ de sui ~~operis~~ libri publica editione Inter nos biennio superiore orta fuerat, contentio sublata

sublata, sinus iste liber publicam Scholæ nræ Patriæ censuram subiret,
maturoq Judicio examinaretur, ac tandem vniuersi Ordinis cõsensu
atq approbatione ~~demū~~ castigatior in lucem posthac ederetur.
Hæc quidem hõis istius postulaõ, cum Senatus Decreto consentanea,
& cum æquitate coniunct~~a~~ omnibus videretur, statutum est, vt
Illius librj haud exiguæ molis, maximiq laboris examen aliquot è nris
Doctoribus, qui in eo suam collocare operam & possent & vellent, commit=
teretur, qui de eo quid sentirent, postea totj Scholæ, quæ suum Judicium
Interponeret, ac velutj calculum adderet, fideliter renunciarent. Itaq
eius librj perlegendj & sedulò examinandj prouinciam libenter susceperũt,
D.D. Liebault, Marescot, Duval, Lamer, Aultin, Courtin, Martin,
Lusson, Rebours, Heron: qui omnes de seruanda perpetuò publica
nrj Ordinis dignitate & authoritate, & procuranda vtilitate, damnoq
fugiendo per me palam ac publicè monitj, spoponderunt se in hoc obeundo
munere ità gesturos, vt nullum fidej, diligentiæ, aut officij genus, quod
quidem ad nrj Ordinis Patriæq professionis statum, Integritatem,
decus, commodum, vtilitatemq pertineat, ~~in~~ quoquam illorũ Jure
possit desiderarj.

Die Jouis. 17. eiusdem mensis, conuocatj sunt per schedulā singulj
Doctores in superiores Scholas, de Baccalaureis singularj & priuato
nuper examine probatis ad Licentiā admittendis: & constituendo
ijs Doctoribus qui Illustrissimæ Principis Elizabeth Carolj. 9. piæ
memoriæ Regis Christianissimj filiæ funebrj pompæ Interfuerant,
honorario deliberaturj. Perspecta igitur quatuor Baccalaureorum
(Neq enī plures priuatum illud examen subierāt, reliquis deficientibus)
singularj doctrina & eruditione, dignj sunt ab omnibus suis præceptoribus
repugnante ~~nemine~~ Iudicatj, quibus Medicinæ faciendæ potestas atq
licentia concederetur: ea tamen lege, vt singulis Doctoribus ab vnoquoq
Illorum, quatuor aurej solutj (Nam cum ijs, habita ratiõe calamitatis
temporum, aliquantò mitius quàm olim agendum videbatur esse, potiusq
Illorum sumptibus parcendum, quàm nræ vtilitatj studendum, vt
Scholæ nræ liberalitas & in suos alumnos beneficentia omnibus Innotesceret,
omnisq turpis quæstus auiditas & auaritia procul arceretur) pro

bienni superioris quod audiendis perficiendisque illorum disputationibus magna ex parte ab illis insumptum est, honorario, & gratæ memoriæ, propensæque discipulorum erga præceptores suos voluntatis atque animi significatione, tribuerentur: atque ea insuper addita cautione, ut cæteris illorum commilitonibus, qui nimirum officij desertoribus, post exactum Licentiarum tempus, omnis ad Licentias aditus omnino intercludatur. Ad eos vero Doctores, qui funeris anteà commemorati comites fuêre, quod attinet, placuit illorum unicuique capitatum argenteum duntaxat, ob ærarij nostri angustiam, numerari. Porrò cum exposuissem, lecto quod mihi erat præ manibus Curiæ Senatusconsulto, selectos esse à Senatu duos è nostro ordine Doctores, D. Duret Regium Medicinæ Professorem & Medicum, & D. Millot ordinarium Scholæ professorem, qui unà cum Decano, cuiusdam Magistri Andreæ Migault Sacerdotis Medicinam in Villa, cui nomen Dammartin, iampridem factitantis, & à quodam eius Villæ Pharmacopœo, nomine Richeuillam, in doctrinæ atque eruditionis certamen vocati industriam, ingenium ac benè medendi peritiam sedulò fideliterque explorarent: eos autem (uti veros Scholæ alumnos decet) ~~examen illud~~ licet à Senatu iussos, examen illud (ut quondam nonnulli imprudentiores fecerant) inconsulta Schola aggredi minimè velle: collectis singulorum ea de re suffragijs, maior pars in ea fuit sententia, ut Senatui supplex libellus porrigatur, quo is certior fiat, istiusmodi genus examinis id esse incommodi toti Scholæ allaturum, quod plerique alij istius hominis exemplo atque imitatione, extraördinariam hanc, & quasi compendiariam medicinam clandestinam probandæ in posterum suæ eruditionis potius, quàm veram ac legitimam, maiorum monimentis & legibus Scholæ sancitam, & publico Doctorum omnium testimonio comprobatam explorandæ doctrinæ atque ingenij rationem essent consectaturi; unde pristinus Scholæ splendor atque integritas, non sine magno Reip. totius incommodo, tandem aliquando sit collapsura: ideoque rogetur obnixè Senatus, ut hanc probandæ uniuscuiusque in Arte

Iatrica

Iatricæ eruditionis facultatem totj Scholæ propriā ad priuatos homines minimè transferat: quin potius veterem à priscis illis seculis ad hæc vsq; tempora religiosissimè semper obseruatum In Iatrica Parisiensi Schola examinandj morem sua authoritate conseruet seduloq; tueatur.

Die Martis .6. mensis Maij .1578 conuocatis in superiores Scholas Doctoribus duo sunt proposita deliberationis capita: prius quidem de ædibus Scholarum in quibus Petrus Langlois Junior, Sartor, habitat, de nouo conducendis seu locandis, ob idq; renouando locationis contractu: Posterius de abrogandis omnino, juxta quorundam è nostro ordine Doctorum qui me ea de re monuerant, consilium, vel certè Imminuendis, propter exiguum Licentiandorum numerum, Doctorum multitudinj longè Imparem, ijs Impensis, quæ eo die quo Encomiasticæ Licentiandorum Orationes in Scholis habentur (Paranymphum vulgò dicunt) pro Tragematum oblatione fierj consueuerunt. Placuit omnibus veterem Illum hospitem, cuius vita & mores Iampridem perspectj essent, adhuc retinerj, & pactum locationis domus cum eo per Decanum ex totius Scholæ consensu & decreto renouarj: sic tamen, vt siquid domus illa detrimentj acceperit, illius sumptibus sarciatur, augeaturq; pro Decanj prudentia, si fierj possit precium locationis, & pecunia Insuper pro Instauratione pauimentj quod est pro foribus necessaria ab eo in posterum persoluatur.

Ad Tragemata verò quod attinet, quoniam ea nonnihil ~~pristinæ~~ dignitatis ac splendoris totj Scholæ afferre videntur apud eos, qui sese exhibent postremj huius actus publicj spectatores, visum est nihil quicquam de veterj ea offerendj consuetudine esse detrahendum: monendos tamen esse Licentiandos, vt vel singulas pixides Tragemata continentes ad singulas Doctorum ædes deferant Ipsi, vel Apparitorj deferendas, aut ijsdem in Schola viritim distribuendas fideliter, committant; ne quid Tragematum illorum (quod olim nonnullis per Incuriam accidisse Intelleximus) furtim & clanculum non sine magna Licentiandorum Iactura, nec minore totius Ordinis dedecore subtrahatur.

Die Martis. 13. mensis Maij. 1578. manè in Aula Reuerendi in Christo Patris & Dnj, Dnj Parisiensis Episcopi quatuor Baccalaureorum Jatricum superiore biennio stadium emensi; quorum in gratiam Encomiasticæ Orationes pridiè in Scholis coram amplissimo Doctorum coetu, & frequentissimo clarissimorum virorũ ~~conuent~~ consessu habitæ fuerant (Paranymphũ vulgò dicunt) ab Academiæ Cancellario exercendæ Artis Jatricæ facultatem ac Licentiam hoc ordine sunt assequutj:

Nõia Licentiatorũ in saluberrima
Medicinæ facultate Anno Dnj. 1578.

Magister Ludouicus Dreux.
Magister Thomas Scourson.
Magister Joannes de Gayette.
Magister Claudius fauuelet.

Die Sabbatj pridiè Calend. Junij. 1578. sacro peracto, supplicauit M. Ludouicus Dreux, vt ad Vesperias & Doctoratum admitteretur: secumq; de dieb. fastis ac nefastis siue vt vulgò loquuntur, legibilib. & non legibilibus per nos dispensaretur. Cuius quidem æquissimæ supplicaõnj omnes liberè annuerunt. Postulauit Insuper D. Ellain, vt propter exiguum numerum Baccalaureorũ, è quib. nonnullj jam de defectione cogitabãt, vnde sterilis penè futura nra Schola videretur, secundum quoddam Examen futurorũ Candidatorũ proximis Remigialibus, pro veterj more maiorũ licet non ità pridem interrupto, celebraretur, quò nonnullis Medicinæ Candidatis ad Scholam nrãm liber pateret aditus: sicq; pristinæ celebritatj nos̃ter Ordo restitueretur. Quæ quidem Illius postulatio tametsi

tametsi omnibus æquissima videretur, nimirùm publicæ totius Scholæ dignitatis nomine suscepta, eam nihilominus ad frequentiora, conscripto ea de re speciali articulo, Indicenda Comitia placuit differri, nè ea, quæ paucis ab hinc annis communi totius Scholæ consensu Intermissa fuerat, secundi Candidatorum Examinis Institituendi ratio, paucorum qui tùm aderant, Doctorum opinione aliquanto levius renouata esse videretur.

Die Mercurij. 4. mensis Junij. 1578 Indictis, hora à meridie prima, per Juramentum in superiores Scholas Comitijs, de eo, quod præcedenti die Sabbati D. Ellam retinendæ vel etiam restituendæ pristinæ Scholæ dignitatis causa, renouari postulauerat, secundo Candidatorum examine est deliberatum. Nonnullis itaque id Improbantibus, alijs verò & quidem pluribus, propter Baccalaureorum (è quibus nonnulli propediem dicebantur Scholam salutaturi, alioque migraturi) paucitatem, & retinendum nostri Ordinis splendorem, idipsum vehementer probantibus, vicit numero ea sententia, qua statutum est, vt quæ non ità dudum Intermissa fuerat secundi illius Candidatorum Examinis Institutio, habita ratione temporis, cuius parére sapientis semper est existimatum, denuò renouaretur, ea tamen lege, vt Iterùm ac tertiò habitis Comitijs, maturo omnium consilio ea de re statueretur.

Die Martis. 17. eiusdem mensis, conuocatis per Juramentum in superiores Scholas Doctoribus, vt de renouando secundo Candidatorum examine Iterùm deliberaretur, confirmata est prior ea de re sententia, statutumque, vt siqui essent Candidati qui examen subire vellent, denuò illis aditus ad Scholam patefieret, quò vetus Scholæ celebritas & amplitudo retineretur. In eo conuentu, de renouando contractu locationis areæ Scholarum, Joanne Gossin ~~nuper locatore~~ veteri hospite id postulante, cum ageretur, placuit omnibus veterem hunc hospitem, de quo nulla nobis oblata esset expostulandi occasio, retineri, cum eoque istius contractum locationis per Decanum, totius Scholæ consensu atque authoritate renouari. Postremò cum exposuissem ex publicis nostræ Scholæ monimentis, die 28.

1565. Septembris 1565 D. Petreo Decanatu fungente, totius Ordinis decreto
veluti lege sancitum fuisse, vt si quis è Doctorū numero cum
Empiricis Medicinam faceret, mulcta decem aureorū solatorū
primum quidem mulctaretur; tum si in posterum denuò id faceret
omnibus Scholæ honoribus careret atq; emolumentis, planeq;
ἀσυνάγωγος haberetur: Intellexissem verò ex multorum
sermonibus, Doctores nonnullos, sui prorsus oblitos, ac suæ fidei
Immemores, ne dicam Scholæ desertores, cum homine non Empirico
(Neq; enim id nomen promeretur) sed Hippocraticæ doctrinæ & Artis
contemptore, ac Naturalis Philosophiæ, omnisq; antiquitatis oppug-
natore, (nomine de la Riuière) apud ægros familiarissimè versari,
esseq; Paracelsicæ cuiusdam, quam ille palam profiteri audet,
Imposturæ vel potius Impietatis sectatores atq; fautores: Equidem
Indignum hoc facinus atq; audax, ~~ne~~ dicam Impudens, & flagris
dignum, pro meo in Iatricam Scholam singulari studio, & Artis
Hippocraticæ, ac priscæ maiestatis veneratione perquam ac debui
grauiter, molesteq; tuli. Itaq; vniuersos nostri Ordinis Doctores per
Diuini Hipp. diuinum nomen, perq; datam olim ac sæpius ~~repetita~~ confirmatam
toti Scholæ publicam fidem vehementer sum cohortatus, vt
huic nascenti malo diligenter occurrerent, veterem Hippocraticæ
doctrinæ formam dignitatemq; constantissimè retinerent, nec
istiusmodi malè sanos homines, Hippocratis Iatricæ Artis ducis optimi
desertores, planeq; transfugas, & perfidos, in suum ordinem ac
numerum posthac ascribi sinerent: quin potius latam ab vniuersa
Schola superioribus annis aduersus eos sententiam, nunc eiusdem
authoritate Scholæ denuò confirmarent, nec à quoquam vllo modo
Infringi paterentur: ac de cætero id sibi persuaderent, me cum
isto nebulone summo iure acturum, & in cohibendis nefarijs
istius conatibus ac vindicanda Hipp. Artis libertate, & totius
nostræ Scholæ præstantia atq; Integritate seruanda, nihil
omninò vel officij vel diligentiæ prætermissurum. Est igitur
totius Ordinis consensu, & authoritate rata & confirmata, me suadente,
lata olim aduersus Empiricorū atq; istiusmodi Impostorū sectatores
& fautores sententia: in qua perpetuò visum est esse coquiescendū.

Die Iouis

Die Jouis 26. eiusdem mensis, Indictis per Juramentum in superiores Scholas Comitijs; vt de eo quod Jam semel atq; Iterum in disceptationem venerat, secundo Candidatorũ Examine, tertiò suscepta deliberatio perficeretur: placuit Jd Examinis, retinendæ Scholæ celebritatis gratia, quæ ob futuram Baccalaureorũ defectionem non parum Jmminutum irj videbatur, demùm proximis Remigialibus Jterarj; ac siquj sese offerrent Candidatj, quj ista gratiâ, & aliqua Insuper commendatione dignj esse censerentur, ijs Scholæ Ingressum aperirj: Ea nihilominus adhibita cautione, vt quod nunc quadam velut dispensatione conceditur, nemo in posterum lege fierj putet, ne-ve posthac (vt vulgò dicj solet) in consequentiam trahatur.

Die Lunæ. 11. mensis Augustj; 1578. conuocatj fuère per Juramentum singulj Doctores in superiores Scholas, selectorum decem virorum, quibus examinandj librj ab Ambrosio Paré Protochirurgo Regio conscriptj prouincia demandata fuerat, renunciatione auditurj. Ex ijs verò decem viris quoniam aberant nonnullj, statutum est, vt ij omnes suam de eo libro sententiam scripto singulis illorũ chirographis obsignato, totj Scholæ declararent: quò tandem aliquandò Schola decerneret, quid & quantum authoritatis huius librj authorj esset concessura. Interea monitj sunt illj decem virj, vt singulos illius operis Tractatus à Schola sibj traditos, quibus probandis suam Jmpenderunt operam, totj Scholæ palàm ac publicè exhibeant, vt de illorum castigatione liquidò constet, ne aliter, quàm sicut ab ijs emendatj fuerunt, in lucem edantur.

Die Lunæ. 8. mensis Septembris. 1578. (quj dies celebrandæ Natiuitatj Deiparæ Virginis erat dicatus) sacro peracto, postulauit M. Thomas Scourson Licentiatus, vt ad Vesperias & Doctoratum admitteretur; secumq; de diebus fastis & nefastis, hoc est, legibilibus & Illegibilibus, dispensaretur. Cuius quidem postulationj, videlicet æquissimæ, omnes liberè annuerunt.

Die Sabbatj. 11. mensis Octobris. 1578. Indictis per Schedulã Comitijs, deliberatum est de festo S. Lucæ diuj nrj tutelaris celebrando:

Statutumq; vt is dies à nobis pro veteri more Institutoq; maiorum pari quo antea pietatis officio, & Religionis cultu celebraretur.

Die Sabbati. 18. eiusdem mensis celebratum est solenniter festum. S. Lucæ diui nostri tutelaris, & missa musico vocum & Organorū concentu pie decantata: Doctorumq; in Scholas superiores, sacro peracto, conuentus habitus. In quo vterq; Apparitor fasces submisit, & maior, pro veteri more, statutum palàm audientib; Doctoribus & Baccalaureis legit, quo teneantur oēs sub pœna periurii ac perfidiæ, Missæ pro defunctis perendie celebrandæ Interesse. Lectum fuit præterea duplex aliud Statutum, alterum de prohibito cum Empiricis apud ægrotos congressu, alterum de seruanda inter nos mutua aīorum consensione, fugiendaq; omni malevolentia, & maledicendi procacitate.

Porrò vocati pridie per Schedulam Internuncio Apparitore Chirurgi, veteris suæ fidei desertores, non adfuerunt.

Die Lunæ. 20. eiusdem mensis celebrata est solenniter, pro laudabili consuetudine, missa pro defunctis: qua peracta Tonsores Chirurgi antea per Schedulam vocati, solita Iuramenta præstiterunt, postulantes à nobis, vt in Illorum causam aduersus Chirurgos descenderemus: quod est illis concessum, modò suis Ipsorum Impensis fiat, & Schola nostra Indemnis reddatur. Porrò de duob; rerum capitibus (Indictis pridie per Schedulam eo nōie Comitiis) est deliberatum: primum quidem de eo quod à nobis Curia Senatusconsulto nuper lato requirit, vt nempe certò definiamus, An Cherades seu Strumæ contagiosæ sint, an contagionis expertes: tum verò de petitione cuiusdam Philiatri ad examen Baccalaureatus hodierno die admitti Icciro postulantis, quod graui morbo oppressus, in tempore adesse non potuisset. De his itaq; duob; articulis ea fuit maioris partis sententia, frequentiorib; posthac Comitiis, quosdam eligendos è nostro ordine viros, qui de proposita quæstione de Strumis ferant sententiā, cui suum Interponens Schola Iudicium, veluti calculum addat. Iustam quidem ex se videri posse Philiatri aduersæ valetudinis excusationem: Illum

nihilominus

nihilominus ad examen admitti propterea non oportere, quod Jam exactus esset Instituendo posteriori Examini praefinitus huius mensis decimus quintus dies.

Die Sabbati 26. eiusdem mensis, habitis, re sacra peracta, Comitijs selecti sunt septem è maiori ordine Doctores, D.D. de Varade, Mustel, Le grant, Denisot, Pietre, Laffile, Duret, & quatuor è minori, nempe D.D. Cappel, Martin, Riolen, Courtin: qui omnes, Decano Insuper addito, propositam à Senatu quaestionem de Strumis definiant.

Comitia Academiæ

Anno Domini supra Millesimum Quingentesimum Septuagesimo Septimo, Die Martis 3. mensis Decembris, Indictis à Rectore M. Nicolao Richard Theologiæ Baccalaureo, publicis apud Mathurinenses Comitijs, de duobus rerum capitibus est deliberatum: quorum vnum erat de perlustrandis à Rectore vnà cum Decanis, quatuor Procuratoribus, & Censoribus, singulis Gymnasijs, monendisque Primarijs & Senioribus, vt Scholasticos in officio continerent, veteremque morum disciplinam religiosissimè seruarent, vt sic suæ Integritati Academia restitueretur. Alterum de componenda controuersia nuper Inter duos exorta, quorum vterque Censoris munus sibi à facultate Artium delatum esse contendebat. Quod ad prius attinet, censuerunt omnes, nihil esse ista Gymnasiorum laboriosa perlustratione opus, quòd à Rege nominati essent aliquot summi viri, quibus restituendæ seu (vt vulgo loquuntur) reformandæ Academiæ prouincia demandata erat: verùm satis esse, si Rector singulos apud se Gymnasiarchas & Seniores conuocaret, quos ad fideliter posthac obeundam sui muneris atque officij rationem sedulò cohortaretur, Inprimisque data fide cogeret, vt omnes in posterum mulierculas à suis Gymnasijs arcerent, & suos discipulos minimè paterentur alio quàm Latino sermone vti. Quod autem ad eos spectat qui de Censorio munere contendebant, quoniam, Qui Magistratum ambit, Magistratu videtur Indignus, existimarunt omnes vtrumque eo munere nunc esse priuandum, aliumque pro veteri Statutorum more (à quibus ne latum quidem vnguem discedere oporteat) in Sanjulianensibus Comitijs esse eligendum. Porrò quoniam de restituenda & veluti redintegranda Academia sermo erat, & à Deo Opt. Max. benè agendi principia causæque ducuntur, Iccircò visum est decernendam esse die Iouis proximo extraordinariam ad D. Germani Antissiodorensis, Supplicationem, in qua singuli cereas candelas pietatis Indices gestent, vt fusis ad Deum precibus quæ nobis varia Impendere videntur mala, illius beneficio arceantur, & totius Academiæ in Integrum restitutio seu reformatio, Deo benè fauente, prosperè fœliciterque tùm suscipiatur, tùm perficiatur.

Die Lunæ. 23. mensis Decembris. 1577. conuocati fuêre apud Rectorem. M. Thomam Scourson Medicinæ Baccalaureum selecti viri, de conseruandis Academiæ priuilegiis (de quibus aut Imminuendis, aut omnino abrogandis nescio quis spargebatur rumor) deliberaturi. Decretum est vno omnium consensu, vt Rector Decanis & Procuratoribus honorificè comitatus, ac suis Apparitoribus fasces præferentibus, Regem Christianissimum Academiæ nomine salutaret eumque supplex oraret, vt à suis maioribus Ingenuè liberaliterque concessas toti Academiæ Immunitates & priuilegia, non tueri modo, verumetiam pro sua Magnificentia, & egregia erga Academiam voluntate amplificare vellet: tum etiam Regis fratrem Andium Ducem, Reginam vtramque, & Cardinalem Borbonium, ac D. Cheuernœum pariter rogaret vt sua, qua apud Regem plurimum valent, authoritate, fauore, & gratia, Academiam in hac consequenda petitione adiuuarent. Visum est Insuper Episcopum Meldensem, priuilegiorum Academiæ Conseruatorem rogandum esse per literas, vt nec sibi suoque muneri, nec toti Academiæ in eo negotii genere deesse velit.

Die Dominico. 29. eiusdem mensis Indicta fuêre apud eundem Rectorem priuata Comitia, quibus est de duobus rerum capitibus à selectis viris deliberatum. Prius erat de noua per Nicolaum Houël Pharmacopœum Ptochodochii cuiusdam (quod ille Domum Charitatis appellat) Institutione. Posterius, de responsione ad mandatum Illustriss. Principis, D. Cardinalis Borbonii super Iesuitarum petitione, qua in Academiam adoptari postulabant.

Ad priorem articulum quod attinet, visa est omnibus noua ista Instituendi ptochodochii ratio, à prædicto Houël parum prudenter, ne dicam temerè, contra totius Academiæ statum Integritatemque suscepta, minimè ferenda: Ideoque porrigendus Senatui supplex libellus, eò pertinens, vt de singulis ab illo descriptis eius Institutionis capitibus Academia certior fiat, sicque aduersus istum nouitatis studiosum hominem, alioqui minimè malum, suum Ius tueatur.

De posteriore autem, ea fuit communis omnium sententia: Respondendum esse D. Cardinali Borbonio, Academiam vti semper anteà sic etiam

hodierno die

hodierno die illius preceptis atq mandatis libenter obsequuturam: verum quoniam que ~~diu~~ dudum à Jesuitis contra Academiam, in Senatu intentata fuit seu Incepta, adhuc sub Judice lis est, Iccircò nobis liberum non esse, quicquam ea de re sine Senatus authoritate decernere, ac totius litis direptionem, non ex priuata Academiæ sententia, sed vniuersi Senatus Judicio pendere, ideoq ad illum meritò referrj. Huc accedit, quod quærunq à Jesuitis proposita sunt, suæ in Academiam adoptionis conditiones, eas non nisi salui suæ professionis legibus subire volunt: quarum iccircò prius quàm adoptarj possint, necessaria est aperta cognitio, vt Intelligatur sint ne Academiæ statutis consentaneæ atq consentientes, ne Illarum Ignoratione quippiam contra Academiæ Jura Imprudenter geratur.

Die Dñico. 12. mensis Januarij. 1578. vocatus est Rector vnà cum selectis viris apud Illustriss. Principem D. Cardinalem Borbonium: qui Episcopis pientissimis, Lutetiano, Andegauensi, Meldensi, & Vindocinensi; ac duob. supremæ Curiæ Senatorib. D. Vaillant, aliàs De Prinpont, & D. Brouët, assidentib., Rectorem diserta quidem & eleganti oratione est adhortatus, vt Jesuitas superiorib. diebus scripto id maximè postulantes, in Academia adoptaret, multis raonib. ab Illorum singulari doctrina, morum probitate, vitæ Innocentia, pietate, non prætermissa etiam, quam Illi suis in docendo laboribus allaturj videbantur, Academiæ vtilitate & dignitate petitis, addito Insuper summi Pontificis (vt aiebat) mandato, & Regia authoritate, id persuadere conatus. Cuius oraonem Rector submissè excipiens, respondit se, oesq Academiæ proceres vti semper anteà, sic hodierno die illius præceptis ac monitis, saluo Jure Academiæ, cui fidem dederant, vltrò libenterq obsequuturos. Verum quia ex duob. duntaxat (quos Regulares & Seculares vocant) hominum generib. Academia est constituta, Iccircò operæpretium viderj, vt vtro nomine Jesuitæ in Academiam ascribi & cooptari velint, liquidò constet. Tum Prouincialis Jesuitarum, qui præsens aderat, vt sese hoc dilemmate vrgerj sentit, respondet Jesuitas ex voto quidem esse Regulares, non tamen absolutè, sed ex conditione, vt nimirum vouere non possint, nisi ea lege, vt palam omnes artes doceant: sic enim Pontificio Diplomate, quam Bullam vocant, omninò esse constitutum. Quod quidem captiosum & fallax hominis responsum Rector prudenter eludens, subiunxit, Licere quidem Jesuitis

pro ratione voti, suos, ac suæ professionis Collegas seu socios, reliquorum Religiosorum more, priuatim apud se docere: at publicum in Academia quos libet docendi munus, solis Secularibus peculiare & proprium, ad illos, vt nec ad cæteros Monachos, minime transferri oportere, vt ex Academiæ Statutis, eiusque olim facta per Cardinalem Totauillam reformatione constat. Quod si quid præter hoc beneficii, aut (vt ita dicam) prærogatiuæ, ex summi Pontificis Decreto seu bulla illis tribui concedique putant, apertam eius declarationem seu explicationem ab vno summo Pontifice omnino dependere, eamque adhuc desiderari. Hanc Rectoris sententiam, priuilegiorum Academiæ Conseruator, & Vindocinensis Episcopus, necnon singularum facultatum Decani, reliquique ex Academia selecti viri suis singulorum deliberationibus comprobarunt, & confirmarunt. Ita Rector cum suis, Illustriss. D. Cardinali, atque vniuerso cœtui perpetuam fœlicitatem precatus, discessit.

Die Veneris pridie Calend. februarii. 1578. conuocati sunt à Rectore apud Mathurinenses selecti viri, Regem vnà cum Illo, Regiæque Aulæ proceres salutaturi, & ceream candelam, exiguum quidem munusculum, verùm propensi animi & singularis obseruantiæ monimentum, Academiæ nomine oblaturi, Regemque supplices rogaturi, vt concessas à suis maioribus Academiæ Immunitates & priuilegia sarta tecta Inuiolataque seruare ac tueri velit. Quod se pollicitus est Ingenuè liberaliterque præstiturum.

Die Martis. 4. februarii. 1578. habita sunt publica apud Mathurinenses Comitia, in quibus est de aperiendo nominandorum Catalogo deliberatum: expositumque à Rectore quosdam esse Religiosos gradum Licentiaturæ in Theologia Iamiam adepturos, qui nullam anteà fidem Academiæ dedissent, contrà veterem Academiæ Conclusionem ab Amanuensi palam tunc & publicè lectam, qua prohibetur, ne quis ad Baccalaureatus, nedum ad Licentiæ gradum in vlla facultate promoueatur, nisi de Academia data fide (Scholasticum Iuramentum vulgò dicunt) prius constiterit. Statutum est vno omnium Ordinum consensu, aperiendum esse

esse nominandorum Catalogum: & vetus Illud Academiæ Decretum non modo non esse violandum, sed ab eo ne transversum vnguem esse discedendum: Ideoque tales Religiosos per fisci Cognitorem, eique adiunctum operis socium D. demiset Censorem Gallicanum, esse monendos, vt huic decreto morem gerant, & Iura Academiæ persoluant: hortandumque D. Cancellarium, ne contra maiorum Instituta, veteremque Academiæ libertatem & dignitatem gradum Illis Licentiarum Imprudenter concedat. Quod si minus dicto audientes fuerint, ac refractarij, per fisci Cognitorem totius nostræ Academiæ Intercedi oportere. His in Comitijs postulauit prædictus Demiset Censor Gallicanus, vt nemini in Academia Ius ferendi suffragij concederetur, nisi de Illius tempore Studij, & adepto vel in hac, vel in alia Academia Magisterij gradu obsignatis literis constaret: vtque nulli præceptori tempore diuini Sacrificij legere, nullique pædagogo priuatis in Cubiculo lectionibus, à publicis suorum præceptorum Iuuenes auocare liceret. Quam quidem multiplicem Illius postulationem nimirum æquissimam omnes approbarunt..

Die Sabbati Calendis Martij. 1578. habito apud Mathurinenses quatuor Ordinum Academiæ conuentu, de claudendo nominandorum Catalogo est deliberatum: Itemque de nonnullis Geruasiani Gymnasij Bursarijs, ex quibus nonnulli non adepto Lutetiæ Magisterij gradu (quamuis in Cadomensi Academia se assequutos esse profiterentur) publicum eo in Gymnasio docendi munus obirent, alij ne fidem quidem Academiæ nostræ (Scholasticum vulgo Iuramentum) præstitissent. Visum est omnibus claudendum esse pro veteri more nominandorum Catalogum: Bursarijs verò Interdicendum esse munere docendi; donec vel Magisterij gradu in hac Academia donati, vel saltem in Academiæ consortium adoptati essent: cogendosque sub poena excommunicationis à Censoribus Indicendæ omnes Gymnasij cuiusuis bursarios tum maiores tum minores, ad fidem Academiæ præstandam, cuius alumni esse volunt, Id ita postulante fisci Cognitore, atque Insuper rogante, vt sibi custodes Scholasticorum prato liceret præficere, ne Indies magis ac magis attereretur: Quod est illi ab omnibus vltrò concessum. Postremò his addita est D. Demiset Gallicani Censoris petitio, eò spectans, vt nullus in Academia pædagogi officio ac munere fungeretur, nisi qui Magisterij gradum esset assequutus: Cui omnes annuerunt..

Die Lunæ. 5. mensis Maij. 1578. habitis apud Mathurinenses Comitijs, vt alius, in locum nuper defuncti D. Chauuelin, Academiæ Patronus substitueretur, communi quatuor Ordinum Academiæ consensu in eius locum suffectus est M. Joannes Chandenault defuncti gener. Qui quamuis propter parentalia, quibus celebrandis occupatus erat, præsens adesse non posset, tamen id muneris atque officij ab Academia ea conditione est assequutus, vt nè ista officij collocandi ratio in absentes posthac, illius singulari exemplo, transferatur, ne've (vt aiunt) in consequentiam trahatur: atque ea insuper lege, vt qui hodiernis Comitijs supplex non adfuit, sed suæ postulationis vicarium M. Nicolaum Richard (exhibito palàm eius rei gratia Instrumento procuratorio) habuit, idem proximis in Comitijs compareat, suæ fidei ac Religionis Catholicæ Apostolicæ & Romanæ fidem facturus.

Die Jouis. 24. Julij. 1578. Indictis Mathurinensibus Comitijs, de sedandis nuper exortis inter Nautas & Scholasticos tumultibus est deliberatum: Statutumque veros Scholasticos eius seditionis minimè reos, ab illata sibi à Nautis iniuria, per Academiam esse vindicandos, & si suum ius in Senatu persequi voluerint, in eorum causam (modò id suis ipsorum impensis, nullo Academiæ incommodo fiat) esse descendendum; atque vt istius seditionis authores sui erroris atque delicti poenas luant, sedulò diligenterque incumbendum: postremò dandam esse operam, vt nè in posterum tale quid accidat. Quod vt facilè fieri possit, monendos esse à Rectore omnes Gymnasiarchas, vt suæ fidei commissos Scholasticos in suis Gymnasijs contineant, nec horis vespertinis in Vrbe vagari permittant: Alios verò extra Gymnasia commorantes, tum per singulos Classium ductores, tum etiam professores Regios, quorum assiduis lectionibus intersunt, vna voce esse cohortandos, vt nihil posthac faciat à veri Scholastici officio alienum: ne've cum nebulonibus & flagitiosis hominibus Scholasticorum nomen falsò mentientibus consuetudinem habeant: alioqui si sui velut officij desertores, quippiam Scholastici persona & nomine indignum posthac egerint

non esse

non esse. quod ab Academia quicquam opis atq; presidij debeat expectare.
Ac quoniam frequentiores in Academia Gymnastæ seu artis gladiatoriæ Magistri non paruam huic malo dare videntur occasionem, dum Scholastici dimicandi studio incensi; arma tractantes, aduersus alios insolentius se gerunt; visum est porrigendum esse ab Academia Senatui supplicem libellum, qui eò pertineat, vt iuxta Senatusconsultum Iampridem à Curia latum, nullis eiusmodi gladiatoribus liceat artis gladiatoriæ ludum in Academia aperire, sed illi cogantur alium procul ab Academia sibi deligere locum huic ludo accommodatiorem. Cæterùm Rector cum exposuisset esse nonnullos, qui neglecto fonte riuulos consectantes, Artium & scientiarum compendia pro veris ac legitimis antiquorum libris, contra Academiæ leges, magno Iuuentutis incommodo, prælegerent; vnde Cognitor fisci præclarè quidem & sapienter ab Academia ea de re Iamdudum conditas esse leges, verùm eas non satis religiosè obseruari; imò etiam omnino violari quereretur; vt huic malo remedium adhiberi posset, selecti sunt, eo postulante, quatuor ex Academia viri; nempe tres superiorum facultatum Decani, & Gallicanus Censor, quibus omnibus & singulis in solidum, data est in eiusmodi legum & statutorum Academiæ infractores sedulò inquirendi potestas.

Die Sabbati. 16. Augusti. 1578. In priuatis apud Rectorem Comitijs, de querimonia Gymnasiarchæ Sagiensis collegij, neglecta esse à quibusdam Bursarijs, contra illius statuta Gymnasij, Theologiæ studia conquerentis, est deliberatum: & vno selectorum virorum consensu statutum, vt illi Sagienses Bursarij in obseruandis sui Gymnasij legibus sint in posterum diligentiores; atq; in eo potissimum, vt omnes diuino semper adsint officio, sintq; in audiendis Theologicis lectionibus frequentiores, demiq; vt Theologi theses suo quisq; ordine, discutiendas proponant.

Die Martis postridie Calend. Septembris. 1578. Indictis apud Rectorem Comitijs, deliberatum est de Senatusconsulto Curiæ, quo statutum est, vt Aquaeductus ad expurgandas Sangermani suburbij eluuies & sordes, per medium Scholasticorum pratum duceretur. Visum est viris selectis, postulandum esse à Senatu (porrecto in eam rem ex D.

Chouart Academiæ Patronj sententia, supplicj libello, vt vetus ea Academiæ quondam à Regibus concessa, & perpetua annorum serie confirmata possessio, Regia authoritate & beneficentia hodierno die adhuc salua & Integra retineatur, neq illius fruitio à quoquam Interturbetur. Quod si res eò redierit, vt neglecta Academiæ postulatione, omniq Juris illius & æquitatis ratione sublata, ad eam Academia seruitutem, licet refragantibz singulis Ordinibus, vi manu oppressa, cogatur: saltem id à Senatu Impetrandum, vt pro ista prorsus Inuoluntaria veteris illius fundj vsurpatione, Justum seruitutis pretium Academiæ persoluatur.

Die Martis. 7. mensis Octobris. 1578. habitus est apud Mathurinenses Academiæ conuentus, vt de prouisione officij Illuminatoris per obitum Joannis de la motte vacantis, deliberaretur. Collatum est Itaq hoc officij genus Jacobo de Villemer, ea conditione, vt Jdoneos testes suæ fidej & Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Religionis proferat. Eo in conuentu rogauj Academiam, vt in nram causam descenderet, susceptam à me contra Rodochæum le baillif, dictum la riuiere, veteris Philosophiæ Naturalis, & Jatricæ Artis Insolentissimum perturbatorē & nouæ cuiusdam atq anteà Inauditæ Paracelsicæ κακοδοξίας Inpudentissimum assertorem. Quod equidem vno singulorū Ordinū Academiæ consensu meritò sum assequutus. Postulauj Insuper à sacratissima Theologiæ facultate, vt plurimas istius Paracelsi Impietates ex Thomæ Erastj & Dessenij aduersus illum editis scriptis collectas nota censoria condemnaret. Hoc Theologiæ Decanus, totius Ordinis suj nōe pollicitus est, se vltro libenterq facturū.

SVPPLICĀONES.

Supplicationes Rectoris.

Anno Domini suprà Millesimum Quingentesimum. Septuagesimo Septimo, die Jouis. 5. mensis Decembris, decreta est supplicatio extraördinaria Rectoris M. Nicolai Richard Theologi Nauarrici, ad D. Germani Altissiodorensis, pro arcendis Dei beneficio Imminentibus malis, & totius Academiae in Integrum restitutione: Qua in supplicatione singuli cereas candelas, pietatis Insignia, gestarunt.

Die Dñico. 15. eiusdem mensis, decreta est ordinaria eiusdem Rectoris supplicatio ad Coenobium Carmelitarum, ad agendas Immortali Deo Immortales gratias pro rebus à Rectore in suo Magistratu prosperè foeliciterque gestis.

Die Mercurij. 19. mensis Martij. 1578. habito apud Mathurinenses 4or Ordinum conuentu, decreta est ordinaria supplicatio Rectoris. M. Thomae Scourson Medicinae Baccalaurei, ad S. Victoris extra muros, ad agendas Deo Opt. Max. gratias, quòd Illius auspicijs susceptam sui tempore Magistratus, Academiae administrationem ad foelicem exitum perduxisset: fuerintque ea omnia quaecumque Is in suo Magistratu gesserat, à singulis Academiae Ordinibus approbata: necnon literae commendatitiae vltrò liberaliterque concessae. Eo In conuentu supplicauit pro literis gradus Cognitor fisci, postulauitque vt Geruasiani Collegij Bursarijs, qui semel, Iterùm, ac tertiò vocati, ad fidem Rectori & Academiae praestandam, non comparuissent, excommunicationis poena à Censoribus Infligeretur. Quae Illius postulatio omnibus visa est aequissima: sic tamen, vt triduanum Illis temporis spatium adhuc Indulgeretur, quo ad Rectorem, fidei praestandae gratia, proficiscerentur, ac nisi Intra diem Sabbati proximum fidem praestiterint, ij nunc proùt tunc à Censoribus excommunicentur.

Die Mercurij. 16. mensis Aprilis. 1578., habitis apud Mathurinenses Comitijs, decreta est extraördinaria supplicatio Rectoris. M. Claudij Hermodori Gozzij ad D. Catharinae Virginis in Valle Scholarium, pro exoranda Dei Opt. Max. clementia & bonitate, vt depulsis ijs quae sunt Inimica frugibus, cuiusmodi sunt, tempestates, aquarum alluuia, frigora, grandines,

& similia, aëris serenitatem Indulgeat, fertilitatem terræ, & eorum quecunque sunt ad vitam sustentandam necessaria, bonorū copiam vbertatemque largiatur.

Die Mercurij. 18. mensis Junij. 1578. facto apud Mathurinenses quatuor Ordinum Academiæ conuentu, decreta est ordinaria supplicaō eiusdem Rectoris, ad. D. Genouefes, ad agendas syncero corde Immortali Deo Immortales grās, pro ijs omnibus quæ sunt ab eo toto sui Magistratus decursu, prosperè fœliciterque gesta: quæ quidem singulis Academiæ Ordinibus grata fuerunt & accepta, atque Idcircò literæ Commendatitiæ illi sponte liberaliterque concessæ.

Die Mercurij. 8. mensis Octobris. 1578. Indictis Mathurinensibus Comitijs, decreta est ordinaria supplicatio Rectoris M. Guidonis à sancto Paulo, ad Regiam Nauarram, ad agendas deuoto pectore Deo Opt. Max. gratias, quod susceptam toto sui Magratus decursu Academiæ curam prouinciamque, suis aus picijs ad fœlicem tandem exitum finemque perduxisset. Itaque rebus omnibus ab eo gestis vno quatuor Ordinum Academiæ consensu approbatis, commendatitiæ literæ sunt illi Ingenuè liberaliterque concessæ. His in Comitijs duo postulauit Cognitor fisci: Vnum quidem, vt cum Pergamenario quodam, qui propter Illatam superioribus mensibus, apud Sandionysianum, Rectori Iniuriam, ab Academia damnatus, ad Senatum prouocauerat, Eremodicij Iure, hoc est, deserti vadimonij, seu desertæ causæ, agere liceret. Alterum, vt quamuis hesterno die Illuminatoris officium vacantis per obitum Joannis de la motte, cuidam Jacobo de Villemer postulati collatum fuisset, nihilominus tamen, quoniam alius anteà sibi Id officij concessum fuisse dicebat, sicque Academiam

ab Isto

ab Isto de Villemer Imprudenter elusam fuisse, non prius huic illius officij literæ ab Actuario seu Amanuensi Impertirentur, quàm de totius rej veritate selectos Academiæ viros certiores fecisset: nè duobus vnum Idemq officij genus Academia diceretur temerè contulisse, vnde Illj cuiusdam Ignominiæ nota posthac Inurj posse videretur. Vtriq huic fiscj Cognitoris postulationj videlicet æquissimæ, & conseruandæ totius Academiæ dignitatis fugiendiq dedecoris gratia susceptæ oẽs liberè annuerunt. /.

Ratio Accepti Ordinarii In Posteriore Decanatu Claudij Rousselet Lutetianj, ab eo reddita die 22. mensis Novemb.

1 5 . 7 . 8 .

À nobilj viro, M. francisco de Vigny Urbis Quæstore pro quarta parte annuj reditus Centum librarum finita pridie Calend. Aprilis. 1577. — — — xxv L ts.

Ab eodem pro uno termino annuj proventus decem Librarum finito pridie Calend. eiusdem mensis — L s ts.

[Hæredes defuncti de Vigny. senioris, debet ... semianno proventu ... rum decem librarum ... to die ultimo mensis ... 1574. debent, in quam ... quinque libras, quas nondum adhibita licet omni diligentia ... potui recipere. Est itaque ... summa ab illis heredi... bus repetenda. /.]

À Richardo Challois pro semiannua locatione domus novæ Scholarũ finita in die S. Remigij 1577 — xvij L x s ts

À nobilj muliere Anna le Cirier vidua Dnj Courtin Regij quondam Senatoris, pro quadriennio proventu quinque librarũ Turonens. finito in die Nativitatis Dominj. 1577. — — — — — — xx L ts.

À Petro Langlois Juniore pro sesquiannua & trimestri locatione domus Scholarum, quam occupat, finita die festo. S. Joannis Baptistæ. 1578 — — Lij L x s ts.

À Joanne Gossu mercatore lignario, pro sesquiannua locatione areæ Scholarum, finita in die Paschatis 1578. septem aureos solares & dimidiũ — xxij L x s ts.

À Magro Joanne fardeau, in minore Judicialj foro (vulgò Castelleto) Cognitore pro semiannua & trimestri locatione maioris domus Scholarũ in qua habitat, finita in die Paschatis nuper elapso — — — Liiij L ts.

À Quæstore de Vigny pro uno termino annuj proventus 100. librarum, & uno pariter termino annuj proventus 10. librarũ, utroque finito in die Paschatis nuper elapso. 1578 — xxvij L x s ts.

À Petro langlois Juniore, pro trimestri locatione minoris domus Scholarum in qua habitat finita die S. Remigij nuper elapso. 1578 — — — — xij L x s ts.

Summa huius paginæ primæ est deux cents trentequatre lt.

À Magro francisco de Vigny Vrbis Quæstore, pro semianno & trimestri prouentu Centum librarum exacto in die Natiuitatis Dni. 1578. nuper elapso — lxxv l. ts.

Ab eodem de Vigny pro tribus terminis annuj prouētus decem librarū turonensiū, exactis in die festo Natiuitatis Dnj. 1577. nuper elapso — — — vij l. x s. ts.

À Communitate Tonsorum, pro tribus annis elapsis die festo. S. Lucæ Euangelistæ. 18. mensis Octob. 1578 nuper elapso — — — — — xv l. ts.

À Joanne Gossu pro semestri locaōne areæ Scholarum finita die. S. Remigij nuper elapso — viij l. x s. ts.

À vidua Gregorij Parmentier olim Tonsoris Parisiens. qui quondam Jus facultatj nræ debitū in suj Magisterij adeptione non persoluerat — — — iij l. xij s. vj d. ts.
Ab Anthonio Le Symon pro simili causa — iij l. xij s. vj d. ts.
À Leonardo lechesnal Tonsore, pro simili causa — iij l. xij s. vj d. ts.

À Gulielmo Hanon Tonsore, pro simili causa — iij l. xij s. vj d. ts.

À Carolo Bachelier Tonsore pro simili causa — iij l. xij s. vj d. ts.
Ab Isaaco Brunet, pro simili causa — iij l. xij s. vj d. ts.
À Richardo Challois pro semestri locaōne nouæ domus Scholarū, in qua habitat, finita die. S. Remigij nuper elapso, sexdecim libras & decem asses. Est enī illj deducta summa viginti solidorū turonensiū, quam pro Vrbis psidijs nræ facultatis anno superiore soluerat — — — — xvj l. x s. ts.

Aliud Acceptum à Baccalaureis pro lectorum stipendijs, & Registro.

À Magistro Thoma Scourson Parisiensi — iij l. xvj s. ts.

À Magistro Claudio faunelet Senonensi — iij l. xvj s. ts.

Aliud Acceptum.

Perendie Calend. Octob. 1578. accepi à M. Joanne fardeau in minore Judiciali foro Cognitore, pro semestri locaōne maioris domus Scholarū in qua habitat, exacta die. S. Remigij nuper elapso — — — — — xxxvj l. ts.

Acceptum.

Summa huius secunde prouince est cent quatre xx six livres dix et sept ß

Acceptum ab .8. Medicinæ Candidatis, pro Anatome & schedulis non registratis.

À Magro Joanne Dacier Lingonensi pro Anatome & schedulis non registratis — — — vij l. iiij s. vij d. ts.
À Magro Petro de L'exeluse Constantiensi pro ijsdem causis — — — vij l. iiij s. vij d. ts.
À M. Arduino de St Jacques Morinensi, pro ijsdem causis — — — — vij l. iiij s. vij d. ts.
À M. Claudio Boyuin Lutetiano pro ijsdem causis — — — — — — vij l. iiij s. vij d. ts.
À M. Joanne Cotreau Remensi pro ijsdē causis — vij l. iiij s. vij d. ts.
À M. Claudio Piteuille Catalaunensi, pro ijsdem causis — — — — — vij l. iiij s. vij d. ts.
À M. Joanne Bomier Pictauensi pro ijsdem causis — — — — — — — vij l. iiij s. vij d. ts.
À M. Carnoto Gerbault Pontisearensi, pro ijsdem causis — — — — — vij l. iiij s. vij d. ts.

Acceptum ab ijsdem Jam Baccalaureis, pro bursis Baccalaureatus.

À M. Joanne Dacier, pro bursis baccalaureatus — xij l. ts.
À M. Petro de lexcluse pro simili causa — xij l. ts.
À M. Arduino de St Jacques, pro simili causa — xij l. ts.
À M. Claudio Boyuin, pro simili causa — xij l. ts.
À M. Joanne Cotreau, pro simili causa — xij l. ts.
À M. Claudio Piteuille, pro simili causa — xij l. ts.
À M. Joanne Bomier, pro simili causa — xij l. ts.
À M. Carnoto Gerbault, pro simili causa — xij l. ts.

Acceptum à Baccalaureis Licentiandis, pro bursis Licentiarum.

À Magro Ludouico Drewx, pro bursis Licentiarum — xxxs l. ts.
À M. Claudio fauuelet, pro eadem causa — xxxs l. ts.
À M. Thoma Scourson, pro eadem causa — xxxs l. ts.
À M. Joanne de Gayette, pro eadem causa — xxxs l. ts.

Summa huius tertiæ partis est deux cents quatre vingts [illegible] treze lt seize ß [illegible]

Acceptum ab iisdem Licentiandis, pro Jure præsentationis

À M. Ludouico Dreux	iij L x s ts.
À M. Claudio fauuelet	iij L x s ts.
À M. Thoma Scourson	iij L x s ts.
À M. Joanne de Gayette	iij L x s ts.

Acceptum ab iisdem Licentiandis, pro mulcta idcirco illis irrogata, quod non absoluerint ante secundam Quadragesimam Cardinalitias disputaones

À M. Ludouico Dreux	xij L ts.
À M. Claudio fauuelet	xij L ts.
À M. Thoma Scourson	xij L ts.
À M. Joanne de Gayette	xij L ts.

Aliud Acceptum pro Vesperiis

À M. Ludouico Dreux	Lx L ts.
À M. Thoma Scourson	Lx L ts.

Aliud Acceptum pro Doctoratu.

À M. Ludouico Dreux, pro bursis Doctoratus	Lxx L ts.
Ab eodem, pro Sacello	xxx s ts.
À M. Thoma Scourson pro bursis Doctoratus	Lxx L ts.
Ab eodem, pro Sacello	xxx s ts.

Summa huius quartæ paginæ est trois cents [illegible] livres

Summa totius accepti ordinarii est de mil [illegible] livres [illegible]

RATIO

Ratio Expensi Ordinarii,
In posteriore Decanatu Claudii Rousselet Lutetiani, ab eo reddita die 22. mensis Novembris 1578.

Primum ex Rationibus a me redditis anno superiore 1577. die 12. mensis Novembris, debetur mihi summa ducentarum sexagintaque librarum, octo solidorum, & decem denariorum — — — ij^C lxv^L viij^s x^d t.

Pro Honorario, quod mihi anno superiore, velut grati animi, & laborum nostrorum non immemoris, propensaeque Doctorum omnium erga me voluntatis testimonium est à facultate liberaliter concessum — — — Cxxxv^L t.

Die Martis 12. mensis Novembris 1577. quo die sunt à me redditae superioris anni rationes, numeravi ex Facultatis decreto, Doctoribus utrique Apparitori, & Decano, singulis Capitatum unum argenteum. Est itaque impensa summa — — — 97.^lt 10 s^t. m^xx xvij^L x s^t.

Domino Jacquart in minore Judiciali foro (vulgò Castelleto) Cognitori, numeravi pro finis anni superioris 1577. stipendiis, ut est ex eius praefata Acceptilatione perspicuum — — — — — — v^L t.

Die Martis 12. mensis Novembris 1577. persolvi Symoni Hemon, pro calculis supputatoriis, & aliis impensis ab eo factis, ut ex eius à me palam exhibita acceptilatione constat — — — v^L vj s^t.

Die Sabbati 18. mensis Januarii 1578. persolvi Quaestori xenodochii Parisiensis pro annuo reditu elapso in die Nativitatis Domini 1577. ut est ex eius Acceptilatione legitime facta fides: — L s^t.

Summa huius primae paginae expensi ordinarii cinq cent dix lb quatre ... s dix deniers

Die Veneris pridie Calend. februarij. 1578. numeravi Dño Vermeil, qui Rectori ad Regem salutandum properanti, & ceream candelam, perpetuæ erga illud Academiæ totius obseruantiæ testimonium, tum Illi, tum eius fratri, ceterisque Aulæ Regiæ proceribus oblaturo, & à Rege priuilegiorum Academiæ conseruationem petituro, vnà cum Decano fuit comes, totumque dimidiatum diem in ea salutatione exegit, numeravi Inquam duo capitata argentea — — — xxix s ts.

Decano, pro simili causa, duplum — — — Lviii s ts.

Die Sabbati Calendis Martij. 1578. cuidam Clerico, qui rerum ad totius Satrici Ordinis conseruationem, & pristinæ formæ ac dignitatis restitutionem, amplificationemque pertinentium capita, à me in ordine digesta, & Regio Edicto (si nobis fortuna, vel potius Iniqua temporis conditio non Inuidisset) confirmanda, transcripsit, numeravi tria Capitata argentea. — xliii s vi d ts

Die Sabbati. 22. Martij. 1578. maiori Apparitori fardeau, pro Quingentis calculis, & duobus Aqualibus celebrandæ Missæ dicatis — — — — — — L s ts.

Die Martis. 22. Aprilis. 1578. persolui Symoni hemon minori Apparitori, pro cereis dis tributis in die festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis nuper elapso, vt ex eius acceptilatione constat palam nunc exhibita, — — — — — Cxii L iii s ts

Die Mercurij. 7. Maij. 1578. persolui M. Hectori Barreau, D. Genouefes Quæstori, pro annuo reditu illi debito in festo Paschatis nuper elapso, vt est ex prolata illius acceptilatione perspicuum, — xxix s iiii d ts

Die Veneris. 25. Julij. 1578. numeravi D. Chopin in Senatu Patrono, pro examinandis arrestis à me Illi traditis, & causa pro nobis in Senatu agenda contra Rodochew le baillif, dictu la riviere. — — — iii L ts iii

Summa huius secundæ paginæ est cent unze livres [illegible] unze sol dix deniers

Die Sabbati

Die Sabbati : 26. eiusdem mensis Dno Chopin, Curiæ Ostiario, qui geminum supplicem libellum eidem Rodocheo le baillif significauit — — xiiij s. vj d. t.

Die . 23. Septembris . 1578. persolui Dno Cordelle Senatus Ostiario, qui libellum supplicem Chirurgorum Præposito, & reliquis Chirurgis, nomen Doctoris falsò ac temerè Impudenterque usurpantibus significauit, mutuato per me ad eam rem Academiæ nomine, ut omnis erga illos odij & maleuolentiæ suspicio à nobis tolleretur : — — — — xiiij s. vj d. t.

Persolui clerico Dni . Marteau Domus Regiæ Quæstoris, pro illius syngrapha, qua Rodocheum le baillif, in Regiorum Medicorum numero minimè comprehendi (nè fortè id in agenda causa excusationis posthac arriperet) testificatus est, dimidium capitatum argenteum — — — — vij s. ix d. t.

Die . 7. mensis Octobris . 1578 . Academiæ Amanuensi qui nobis Academiæ dedit adiunctionem (ut vulgo dicunt) in lite aduersus Rodocheum le baillif in Senatu suscepta, numeraui — — vij s. vj d. t.

Die . 9 . eiusdem mensis, Sairi Theologorum Ordinis Apparitori, qui nobis Impietatum Paracelsi ex Erasto & Dessennio collectarum censuram Theologicam exhibuit, in Senatu posthac in persequenda lite proferendam, ~~exhibuit~~ numeraui duo Capitata argentea — — — — — — xxix s. t.

Dno Jacquart, in minori foro Judiciali (vulgò Castelleto) Cognitori, pro suis stipendijs huius anni 1578 . numeraui, ut ex prolata eius acceptilatione constat : — — — — — v L. t.

Dno . Crozon in Senatu Cognitori, pro pluribus Impensis ab eo factis in lite aduersus Rodocheum le baillif suscepta, ut est ex prolata illius Acceptilatione perspicuum, numeraui — — — — — ix L. x s. t.

Summa huius tertiæ paginæ est dix huict l. vij s. neuf deniers

Aliud Expensum in Quodlibetariis disputationibus

Die Jouis. 21. mensis Nouembris. 1577. In Quodlibetaria disputaone ordinaria D. la mer, numeraui .9. Doctoribus disputantibus .9. capitata argentea — xj L. v s. t.

Die Jouis. 28. eiusdem mensis In ordinaria disputatione Quodlibetaria D. Rebours, numeraui .7. Doctoribus (Nam D. Gironst & D. Preuosteau non disputarunt) eo die disputantibus, 7. capitata argentea — — — — — — viij L. xv s. t.

Die Jouis. 12. mensis Decembris. 1577. In ordinaria disputaone Quodlibetaria D. Perdulcis, numeraui nouem Doctoribus disputantibus nouem Capitata argentea — — — viij L. viij s. vj d. t.

Die Jouis. 9. mensis Januarij. 1578. In ordinaria disputaone Quodlibetaria D. Grangier, numeraui nouem Doctoribus disputantibus nouem. capitata argentea — — — — viij L. viij s. vj d. t.

Die Jouis. 16. eiusdem mensis In ordinaria disputaone Quodlibetaria D. Martin, numeraui nouem Doctoribus disputantibus nouem capitata argentea. — — — — viij L. viij s. vj d. t.

Die Jouis. 23. eiusdem mensis In ordinaria Disputatione Quodlibetaria D. du Breil numeraui nouem Doctoribus disputantibus 9. capitata argentea — viij L. viij s. vj d. t.

Die Jouis. 6. mensis februarij. 1578. In ordinaria disputaone Quodlibetaria. D. Bazin numeraui .9. Doctoribus disputantibus nouem capitata argentea — viij L. viij s. vj d. t.

Summa huius page ma quarte cinquante sept lb. demi sol. six deniers

Aliud

Aliud Expensum In Comitijs Academiæ.

Die Martis. 3. mensis Decembris. 1577. In publicis Mathurinensibus Comitijs, in quibus de perlustrandis à Rectore M. Nicolao Richard singulis Gymnasijs, veterique disciplina morum restituenda, & componeda Inter duos nuper exorta de Censorio Gallicanæ Nationis munere contentione est deliberatum: numeraui singulis Doctoribus, vtrique Apparitorj, & Decano — xxxvj sts.

Die Martis. 4. mensis februarij. 1578. In Mathurinensibus Comitijs, in quibus deliberatum est de aperiendo nominandorum Catalogo, numeraui singulis Doctoribus, vtrique Apparitorj & Decano — xxxv sts.

Die Sabbatj, Calendis Martij. 1578. In Mathurinensibus Comitijs, in quibus est de claudendo nominandorum catalogo deliberatum, numeraui singulis Doctoribus vtrique Apparitorj, & Decano — — — xxx sts.

Die Lunæ. 5. mensis Maij. 1578. In Mathurinensibus Comitijs, in quibus est deliberatum de nouo Academiæ Patrono in locum defuncti D. Chauuelin sufficiendo, numeraui singulis Doctoribus, vtrique Apparitorj, et Decano. — — — — — xxix sts.

Die Lunæ. 16. mensis Junij. 1578. In Mathurinensibus Comitijs, in quibus actum est de admittendo Amanuensi seu Scriba Conseruatoriæ priuilegiorum, deque Iniurijs quæ à Pergamenarijs Inferuntur, numeraui singulis Doctoribus, vtrique Apparitorj, & Decano — xxxj sts.

Die Sabbatj. 12. mensis Julij. 1578. In Mathurinensibus Comitijs, in quibus est de tollendis erroribus qui committuntur in Gymnasijs, deliberatum, numeraui singulis Doctoribus vtrique Apparitorj, & Decano — xxix. sts.

Summa [illegible]

Die Jouis .24. mensis Julij .1578. In Mathurinensibus Comitijs, in quibus de sedandis nuper exortis Inter Nautas & Scholasticos tumultibus est deliberatum, numeravj singulis Doctoribus, utrique Apparitorj, & Decano —— xxviij s. t.

Die Martis .7. mensis Octobris .1578. In Mathurinensibus Comitijs, in quibus actum est de collatione officij Illuminatoris Academiæ Jurati, vacantis per obitum Joannis de la motte, numeravj singulis Doctoribus, utrique Apparitorj, & Decano —— xxxvj s. t.

Aliud Expensum In Supplicationibus Rectoris.

Die Jouis .5. mensis Decembris .1577. In Extraordinaria Rectoris M. Nicolaj Richard Theologi Navarrici Supplicatione, numeravj Doctoribus utrique Apparitorj, & Decano —— ix l. t.

Die Dominico .15. eiusdem mensis In ordinaria eiusdem Rectoris supplicatione ad Cœnobium Carmelitarum, numeravj Doctoribus utrique Apparitorj & Decano — viij l. xv s. t.

Die Mercurij .19. mensis Martij .1578. In ordinaria Supplicatione Rectoris M. Thomæ Scourson Medicinæ Baccalaurej, ad S. Victoris extra muros, numeravj Doctoribus utrique Apparitorj & Decano —— x l. v s. t.

Die Mercurij .16. mensis Aprilis 1578. In Extraordinaria supplicatione Rectoris, M. Claudij Hermodorj Gollij, ad D. ~~Genouefes,~~ Catharinæ Virginis in valle Scholarium, numeravj Doctoribus, utrique Apparitorj, & Decano —— ix l. viij s. t.

Die Mercurij .18. Junij .1578 In ordinaria supplicatione eiusdem Rectoris ad D. Genouefes, numeravj Doctoribus utrique Apparitorj, & Decano —— ix l. xiij s. t.

Die Mercurij .8. Octob. 1578 In ordinaria supplicatione Rectoris M. Guidonis à Sancto Paulo, ad Regiam Navarram numeravj Doctoribus utrique Apparitorj, & Decano —— viij l. xix s. vj d. t.

Summa huius paginæ [illegible] et cinquante neuf [illegible] six deniers

Aliud

Aliud Expensum In Missis & Refusionibus facultatis.

Novemb. 1577. Die Sabbati, pridie Calend. Decembris. 1577. numeravi Sacerdotibus, pro. 5. Missis, uno Obitu, & solemni Missa D. Catharines — — — — v £ ts.

Doctoribus, utrique Apparitori, & Decano, pro refusionibus mensis Novembris. 1577 — — — — iiij £ ts.

Decemb. 1577 Die Sabbati 28. mensis Decembris. 1577. numeravi Sacerdotibus, pro. 6. Missis, & uno Obitu — v £ x s ts.

Doctoribus, utrique Apparitori, & Decano, pro refusionibus eiusdem mensis — — — — — iiij £ v s ts.

Januar. 1578. Die. 14. mensis Januarii. 1578. numeravi D. Cormeilles pro refusionibus anni superioris. 1577. — — — xxxix s ts.

Die Sabbati. 25. eiusdem mensis, numeravi Sacerdotibus, pro. 4^or^ Missis & 3. Obitibus — — vj £ viij s ts.

Doctoribus, utrique Apparitori, & Decano, pro refusionibus eiusdem mensis — — — iiij £ xvj s ts.

Februar. 1578. Die Sabbati. 22. februarii. 1578. numeravi Sacerdotibus pro solemni Missa Purificationis Beatae Mariae Virginis die celebrata, & 4^or^ aliis Missis — — iiij £ x s ts.

Doctoribus, utrique Apparitori, & Decano, pro refusionibus eiusdem mensis — — — — iiij £ vij s vj d ts.

Martius. 1578. Die Sabbati. 22. Martii. 1578. persolvi Sacerdotibus pro novem Missis — — — — — vij £ ts.

Doctoribus, utrique Apparitori, & Decano, pro refusionibus eiusdem mensis — — — — iiij £ ts.

Aprilis. 1578. Die Lunae. 14. Aprilis. 1578. numeravi Doctoribus, utrique Apparitori, & Decano, qui Interfuerunt Vigiliis pro salute animae defuncti D. de Colonia decantatis — — — — — — iiij £ ts.

Perendie numeravi iisdem Sacro pro salute eiusdem animae celebrato adstantibus — — — iiij £ ts.

Die Sabbati. 26. Aprilis. 1578. persolvi Sacerdotibus, pro 4^or^ Missis, & uno Obitu — — — — iiij £ ts.

Summa huius pagine [illegible] cinquante sept li-
vres onze sol six deniers

Doctoribus, vtrisque Apparitori, & Decano, pro refusionibus eiusdem mensis — — — — xlv s ts.

Die Sabbati pridie Calend. Junij. 1578. persolui Sacerdotibus, pro sex Missis — — — — iiii l iiii s ts.

Doctoribus vtrisque Apparitori, & Decano, pro refusionibus mensis Maij — — — — xxxviii s ts.

Die Sabbati 28. mensis Junij. 1578 persolui Sacerdotibus, pro 4or Missis — — — — lvi s ts.

Doctoribus, vtrisque Apparitori, & Decano, pro refusionibus eiusdem mensis — — — xxxix s vi d ts.

Die Sabbati. 18. mensis Octobris. 1578. (qui dies est S. Lucae Euangelistae Dino nostro tutelari sacer) numeraui singulis Doctoribus, vtrisque Apparitori, & Decano, Capitatum vnum argenteum, & assem vnum. Est itaque Impensa summa — — — — — lxiii l vi s ts.

Die Sabbati 26. eiusdem mensis, numeraui Sacerdotibus, pro. 8. Missis, & vno Obitu, mensibus Julio, Augusto, Septembri, & Octobri celebratis, — vi l xvi s ts.

Doctoribus, vtrisque apparitori, & Decano, pro refusionibus predictorum mensium, Julij, Augusti, Septembris, & Octobris — — — — — — — lvi s ts

Dno Ellain Pharmaciae Professori, pro refusionibus huius anni. 1578. numeraui — — — xxxix s ts.

Dno. Grangier Pharmaciae pariter Professori, pro simili causa — — — — — — xxxix s ts.

Dno Corneilles. pro simili causa — — — xxxix s ts

Dno Passart pro refusionibus anni superioris 1576. quo Medicinam in Scholis est professus — — xxxix s ts.

Dno. Millot Medicinam anno superiore pariter profitenti, pro simili causa — — — — xxxix s ts

Eidem, pro refusionibus huius anni — — xxxix s ts.

Dno Cappel Medicinae in Schol. professori pro re simili - xxxix s ts.

Dno Martin Chirurgiae in Schol. professori pro simili causa — — — — — — xxxix s ts.

Summa huius pag. [illegible] contient 46 douze [illegible] deniers

Aliud.

Aliud Expensum In Licentijs

Persolui. 74. Doctoribus maiorum Emolumentorum capacibus, pro Jure Bursarum, & ferendi suffragij, siue (vt vulgo dicunt) describendi rotuli, singulis Inquam, xxxiij s. vj d. Est igitur Impensa summa — C xxvij L xiij s.

Numeraui Insuper. 5. Doctoribus minorum emolumentorum capacibus, pro conscriptione rotuli singulis quindecim asses & octo denarios. Est Igitur Impensa summa — — — iij L xviij s. iiij d.

Aliud Expensum In Vesperijs

Die Martis. 3. mensis Junij. 1578. In Vesperijs M. Ludouici Dreux, numeraui. 78. Doctoribus, vtrique Apparitori, & Decano, 81. Capitata argentea — Lviij L xiiij s. vj d.

Die Mercurij. 29. mensis Octobris. 1578. in Vesperijs M. Thomæ Scourson, numeraui. 79. Doctoribus, vtrique Apparitori, & Decano. 82. Capitata argentea — Lix L ix s.

Aliud Expensum In Doctoratibus pro Jure Bursarum

Die Jouis. 12. mensis Junij. 1578. In Doctoratu M. Ludouici Dreux, pro bursis numeraui. 73. Doctoribus maiorum emolumentorum capacibus, & Decano, singulis Inquam xv s. vj d. Itaque est expensa summa — Lvij L vij s.

Die Mercurij. 5. mensis Nouembris. 1578. In Doctoratu M. Thomæ Scourson, pro Bursis, numeraui 73. Doctoribus maiorum emolumentorum capacibus, & Decano, singulis, inquam Capitatum vnum argenteum Est Itaque expensa summa — — — Liij L xiij s.

Aliud Expensum

Die Mercurij. 9. Aprilis. 1578. numeraui. 17. Doctoribus, qui pompæ funebri Illustriss.æ Principis Elizabeth. Caroli. 9. Christianiss. Regis filiæ, eo die Interfuerat, itemque duobus Apparitoribus, singulis Inquam, capitatum vnum argeum — — xiij L xv s. vj d.

Decano, qui tum vigilijs, tum Missæ perendie ad D. Virginis celebratæ Interfuit 4.or capitata argentea — Lviij s.

Summa huius nonæ & ultimæ [illegible]
soixante [illegible]

Summa totius ordinarij expensi
est de trezecents seze ~~sol~~ dixhuict
sol neuf deniers ~~que~~

Atque ita ~~com~~ summa expensi compara
ta cum summa ~~excedit~~ accepti hoc excedit
de deux cents soixente dixsept livres cinq solz
neuf deniers.

Hae rationes accepti & expensi ordinarij
examinatae sunt et approbatae ab universa
facultate et doctorum subsignatorum
sigillo consignatae die 22 mensis Novembris
1578.

Muystel

Le ...

... Gidot

... Lassay

Girard

Enjiell

N. Lambert

... Lendevoy

E. Fidot

... Fontaine

M. Mareschal

Boursoins

N. Marchant

Monantheuil
Decanus

Cellain

... Le Gras

Ratio Accepti Extraordinarii In Decanatu Claudij Rousselet Lutetianj, à die 3. mensis Nouembris 1576. ad diem 8. pariter Nouembris 1578.

Primum Accepi à Dño Gourmelen, ex residuo suarum Raõnum Extraordinariarum, quas reddidit die 29. mensis Augusti 1578. In ædibz D. Varadei Medici & Secretarij Regij coram viris selectis — m Clxxviij L viij s ts.

Die 14. mensis Januarij 1577. à M. Dnõ Bourgoing. 60. ♃ — — — — — — — Cmj xx L ts.

Pridie Calend. Junij 1578. à M. Ludouico Dreux. 60. ♃ — — — — — Cmj xx L ts.

Postridie Calend. Nouembris 1578. à M. Thoma Scourson. 60. ♃ — — — — Cmj xx L ts.

A D. du Breil, pro Jure quod illi debebatur in Doctoratu Dnj Bourgoing — — — xx s ts

Ab eodem pro Jure quod illi debebatur in Lectijs accepi 4or. ♃ — — — — xij L ts.

Ab eodem, pro Jure Doctoratus Dnj. Dreux — xx s ts.

Ab eodem, pro Jure Doctoratus Dnj. Scourson — xx s ts.

Ab eodem, pro ~~Jur~~ pecunia illi debita in die festo S. Lucæ Euangelistæ anni 1577. & 1578. — xxix s ts.

Summa accepti extraordinarij [illegible] [illegible] [illegible] quatre Livres dix sept s [illegible]

Ratio Expensi Extraordinarij; In Decanatu Claudij Roussolet Lutetianj, à die. 3. mensis Nouembris 1576. ad diem. 8. eiusdem mensis. 1578. ab eo reddita in ædibus D. Varadæj Medicj & Secretarij Regij, die 29. Nouembris 1578.

Primum, die 25. mensis Januarij. 1577. persolui Viduæ quondam Dnj Gesié, quæ nupsit Dño Baron in Senatu Cognitorj, pro quarta parte annuj reditus Centum librarũ, finita die festo Natiuitatis Dominj, nuper elapso, vt ex eius acceptilatione liquidò constat: — — — — — xxv L ts.

Die. 26. eiusdem mensis, persolui Jacobo Hazar. fabro ferrario, pro multis clauibus & ferris, & Instauratione prioris & posterioris Januæ Scholarum, & ostij domus maioris, in qua M. Joannes fardeau habitat, vt illius acceptilatio fidem fecit — iiij L x s ts.

Die. 16. mensis Aprilis. 1577. persolui D. Passart Scholarum Professorj pro dimidiata parte annuj stipendij finita die Paschatis nuper elapso, vt est ex illius acceptilatione legitime facta fides — Lij L x s ts.

Die. 18. eiusdem mensis, persolui prædicto D. Baron pro vno termino annuj prouentus centum librarum, quj illj debebatur die festo Paschatis nuper elapso, vt ex eius acceptilatione constat — — — — xxv L ts.

Die Veneris. 26. eiusdem mensis, persolui D. Milot Medicinæ in Schol. ordinario professorj, pro dimidiata parte annuj stipendij, finita in die Paschatis nuper elapso, vt est ex illius acceptilatione perspicuum — Lij L x s ts.

Die Sabbatj. 13. mensis Julij. 1577. persolui Dño Baron, pro 4a. parte annuj reditus centũ librarũ elapsa die festo D. Joannis Baptistæ nuper exacto, vt ex eius acceptilatione constat — — — — xxv L ts.

Summa huius primæ paginæ expensi est neuf vingt quattre [illegible]

Die Martis

Die Martis .10. mensis Septembris .1577. numeravi Francisco Regier, vilium operarum Magro, pro expurganda Latrina minoris domus Scholarum, ut illius acceptilatio fidem facit — — —— — x l ts.

Die Lunae .14. mensis Octobris .1577. D. Passart Medicinae in Scholis ordinario professori, pro dimidiata parte annui stipendii exacta die S. Remigii nuper elapso, ut est ex eius acceptilatione perspicuum. — — — — —— — Lxm xb l ts.

Die Lunae .21. eiusdem mensis numeravi D. Milot Medicinae in Schol. ordinario professori, pro simili causa, cuius quidem acceptilatio eius fidem facit — Lxm xb l ts.

Die .27. mensis Novembris .1577. persolvi Domino Baron In Senatu Cognitori, pro quarta parte annui proventus, quae illi debebatur in die Sancti Remigii, nuper elapso, ut ex Illius exhibita acceptilatione constat — xxb l ts.

Die Lunae .24. mensis Decembris .1577. persolvi eidem Dno Baron, pro uno termino proventus annui, finito in Die festo Nativitatis Domini .1577. ut est ex illius acceptilatione legitime facta fides — —— —— xxb l ts.

Die Lunae .7. Aprilis .1578. numeravi D. Cappel Medicinae in Schol. ordinario professori, pro dimidiata parte annui stipendii, quae illi debebatur in festo Paschatis nuper elapso, ut eius acceptilatio fidem facit — — —— —— xlb l ts.

Eodem ipso die numeravi D. Martin Chirurgiae in Scholis ordinario professori, pro simili semiannuae professionis stipendio, ut ex Illius acceptilatione constat —— —— xlb l ts

Summa huius secundae paginae
est douze cent soixante et dixsept lb dix s.

Die Sabbati. 12. Aprilis. 1578. persolui D. Milot Medicinæ in schol. ordinario professori, pro semianno suæ professionis stipendio quod illi debebatur In die festo Paschatis nuper elapso, vt est ex Illius acceptilatione legitime facta fides: — — xlb ℔ ts.

Dno Baron pro semestri prouentu qui illi debebatur die festo D. Joannis Baptistæ nuper elapso. 1578. vt est ex Illius acceptilationibus perspicuum — L ℔ ts.

Die Veneris. 29. Augusti. 1578. numeraui sex Doctoribus, nempe D. Collier, D. fabro. D. Passart, D. Marchant seniori, D. Girard, & D. Gourmelen, qui audiendis extraordinariis Dni Gourmeleni rationibus in ædibus D. Varadei eo die Interfuerat: (Etem D. Varadæus noluit quicquam accipere: Reliqui verò Doctores ad hoc vocati aberant) singulis, singulos coronatum vnum, & Decano duplum: Itemque maiori Appariori fardeau, ex prædictorum Doctorum audientium decreto & Jussu, duo capitata argentea. Itaque totum hoc expensum accreuit in summam — xxb ℔ ix s ts.

Summa huius totiæ pagine est six vingt ℔ et neuf s ts

Summa totius expensi extraordinarii est cinq cent quattre vingt deulx ℔ neuf s. Itaque summa accepti extraordinarii superat expensum extraordinarium de trois cent cinquante deulx ℔ huict s ts.

Quæ summa de 352 ℔ 8 s ts reddita data est dno C. Roussel decano pro persolutione summæ ei debitæ tam pro ratione expensi ordinarii

antea destrupti quam pro triginta aureorum honorario a facultate concesso et dato qua erat de trois cent soixant sept lt cinq s neuf d. Itaque adhuc praedicto Roussolet debet summa de quatorze lt dix sept s neuf d tz quam praesens decanus dns Monantholius e primo percipienda a se pecunia illi numerabit et persolvet.

Hac acta sunt in domo dni Varadaei medici et consiliarii Regii magistri antiquissimi praesentibus et habentibus rati omnes tam accepti quam expensi extraordinarii approbantibus et subsignantibus dominis doctoribus infra notatis die vicesimo nono Novemb. anni 1578.

Varade
Collier
M. Ftel
Le gon
Habert
Girard
Lasset
Marchant
De monantheuil Decanus

Visis rationibus accepti extraordinarii dominorum
decanorum Johannis Le Conte Stephani Gourmelan
et Claudii Rousselet ab iisdem dnis ut conclusum
est ex communi consensu facultatis die decimo nono
octobris anni 1579 reperitum est dnum Le Conte
accepisse a dno du Breil — xlv aureos [illegible]
et xl s.

dnum Gourmelen — x aureos et xii

dnum Rousselet — v aureos et xxix s.

Itaque tota summa accepti a dno du breil
est lxi aureorum et xxi s. quae
excedit summam lx aureorum a dicto
du breil facultati debitorum per summam
unius aurei et xxi s. de qua
facultas remansit ei debitrix

Steph. gourmelenus, Th. Rousselet

Le Conte

Historia primi anni Decanatus Henrici de Monantheuil Rhemi et Mathematicarum artium professoris Regii

Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo die octavo mensis Novembris comitiis indictis hora septima matutina e statuto quod positum fuit in decanatu M Simonis Pietrei electores fuerunt et sorte designati tres e senioribus D Joannes Le Clerc ~~M Philippus Alay~~ M Audoinus Cochin M Philippus Alay. Duo e junioribus M Lazarus Thenot M Claudius Rebours. Hi praestito juramento in sacellum seducti trium e se pro decano delectorum nomina retulerunt M Petrum Chouzet M Michaelem Marescot M Henricum de Monantheuil. De his in urnam conjectis primum extractum est nomen M Petri Chouzet. Sed hic qui antea cupiditatem decanatus non obscure tulerat ad relationem sui nominis surgens ab eo se excusat neque suscipit. Itaque e reliquis duobus alterum extraxit quod erat M Henrici de Monantheuil qui ab hoc magistratu cum sese excusaret neque vellet suscipere precibus eorum qui aderant inductus suscepit priusquam jurare id oratiuncula habuit.

Sapienter equidem fecisse viri medici arbitror maiores nostros qui rerum alioqui ad omnes omnium societates pertinentium ad unius potestatem et curam ut melius curarentur potissimum redegerunt. Quin et eos non minus sapienter fecisse arbitror cum istam et curam et potestatem temporariam eandem esse voluerunt ne hic ob insolentiam potestatis insolentior fieret qui se paulo post ut hic post biennium esse privandum intelligeret. At eandem istam biennii potestatem non cuilibet sed ei qui fide diligentia bonitate ingenii facultate et promptitudine dicendi gratia apud multos non solum valeret sed etiam qui neglecta re sua familiari totus rei publicae societatis tuendae amplificandae decorandae dederet sese. Quae si vera aut saltem probabilia in me agnosceretis nequaquam minus cum praesens rerum nostrarum status talem virum maxime postulat recusare vellem. Sed deus bone quam haec in me exigua sunt et perpauca nulla. Qua igitur conditione decanatum suscipio. Ea scilicet ut cum vestrum consilium et rem integram pro ~~[illegible]~~ dextra regendi ubi opus erit defutura polliceamini. Alioqui si utrumque vel alterutrum denegari sensero statim hunc in manus vestras reponam. At si quod postulo praestitis omnem dabo operam ut optimae opinioni quam de me vos prae vobis ferre video cumulatissime satisfaciam. Dixi.

His peroratis omnes qui multi surrexerunt illud ipsum Monantholio promiserunt. Itaque hic juravit in statuta facultatis et dextra prius deosculata imaginem Christi attigit qui mos est in facultate medica jurantium et confestim M Claudius Rousselet decanus abiens librum statutorum ~~tabell~~ sigillum nummos argenteum et tres claves tradidit.

Eodem die designatus fuit lector scholarum M Bartholomaeus Perdulcis pharmacopoeorum M Henricus Blacuod. Confirmati vero sunt M Gulielmus Cappel et M Bonaventura Grangier hic pharmacopoeorum ille scholarum.

Tertius qui in scholis novissime institutus erat in gratiam chirurgorum abrogatus fuit nec ullus in locum illius repositus quod duo priores satis essent ad explicationem totius Medicinae et proinde Chirurgiae quae eius pars est. Tum quia schola istos sumptus amplius ferre non poterat.

Die 20 statim a prandio ~~[illegible]~~ Quodlibetariae praesidentia
M Ludovici Drechs quod videret nulla convocatione et scholarum
maiorem et tantum conventum fieri posse haberet autem decre-
veramus quae ad omnes pertinerent impetrata a singulis venia hanc
orationem habuit

Magistratibus ad res praeclaras nervos animos fere nunquam
ad efferendas vero saepe tempus magno suae reipublicae detrimento
defuisse videmus et legimus. Nam quod plerumque nisi rem instituti-
gitis hoc est tarde illas inchoarent. At sim omnium hominum ini-
quissimus si et singulos vestros gradatim honoris tandem ad eum qui summus
est et vos auctores hanc causam et quamlibet aliam procul effugere non
conor et ad res vestrae Reipublicae gerendas eam voluntatem celeritatem assi-
duitatem magnanimitatem diligentiam adferatis quam praesens rerum vestrarum
pene ad interitum dilapsarum necessitas ab hoc toto vestro beneficio
affecto requirit et suo iure repetit. Si modo opus quaeque vestra sunt
quibus etiamsi haec omnia summa in me essent nihil profecerim dicendi mea im-
becillitatem provide hanc voluntates meae primum testimonium praesens
suggerat oratio. In qua propter tantam vestrum clarissimi medici
frequentiam quanta maior nulla convocatione sperandum est breviter
omnibus quae ad omnes pertinent ruinae nostrae causas aliquot sermonem ut
intellectis uno consensu quaeramus remedia a quibus dignitas et
authoritas pristina recuperari posset. Duas igitur in praesentia tan-
tum attingam domesticam alteram alteram externam. Domestica est
mutua nostrum inter nos discordia invidentia contemptus quae nostri ordinis di-
gnitatem apud alios ordines civitatis huius exterit odium et adversariis nostri
medici maledicendi occasionem praebeat dici non potest. Omnes huius colle-
gii collegae unius doctoratus titulo honestissimi ut apud [illegible] dici possunt
et quidem sunt omnes virtute praestantes. Sed in hoc vel in illo boni generis
alii inter se pares alii aliis maiores alii minores ut [illegible] singulari [illegible]

Partitum singula quemque

Nobilitant

Qui se aliis pares existimant ab ipsis et factionem statim dissentiunt
ne ipsis cedere videantur. Qui alios se praestantiores vident invidia et
livore flagrant. Qui inferiores eos contemnunt quum diversa omnino
ratione praestantioribus moribus gerere Inferiores ornare paribus honorem habere
deberent. Omnes denique amplecti benevole atque omnibus amicitiae prosequi officiis.
Non enim et invidiam et inter pocula nec in vestibulis ipsis societatem hanc
nostram inivimus sed communi civitatis consulto et publico suffragatio
omnium. Quo fit ut benevolentiam hanc derelicta patria se velut iure quodam
hereditarium mutua charitate complecti perpetuo servemus atque tueamur
pro odio omnium erga nos amorem et benevolentiam experiamur. Atque haec
de domestica causa. ~~Quod ad~~ In externa vero duo sunt primum
nemo ignorat quam sit multis chirurgorum fugatorum a nobis aliena
sed non omnes fortasse sciunt quibus cuniculis gloriae nostrae aeternae labe-
factare conentur. Hi propriis impensis nuper in celebri urbis vico prope
Francofurdiensis aream amplam emerunt In qua ad eos magnificentia
nostros aequalandas et theatri anatomici substructione fugatam
propediem adferatura ~~[illegible]~~ tarditate quod quantas vestro splendori
offundet tenebras nisi scholae vestrae amplificationem et theatri anatomici

subscriptionemque interceptis nemo nostrum non videt praesertim si quem-
modo impressis clanculariarum disputationum thesibus vendant
doctoris titulo etiam sibi quaesitum. Alterum nobis prior-
[illegible] magis est summa pharmacopoeorum dissolutio qui sine
discrimine ad cuiuslibet praescriptas formulas et suo more medica pro-
pinant quae una res maximam nostri ordinis partem otiosum et quasi frustra
esse facit si ad hanc propter rei similitudinem aliorum illegitime
practicantium impudentem multitudinem. Iudicis indulgentia
illis astruant quae quandoque scribunt quas non intelligit quam frustra
libros iis intendam in hoc temporibus

Ergo ut pro suis matrimoniis mercatores consules nostra aetate a
rege impetraverunt sic pro iis quae ad Medicinam referuntur Medici
consules a Rege impetrandi essent vel soli eorum quae ad artem suam
pertinent artifices optimi iudices existant. Hoc si impetraremus facile
mutari ista et stabili [illegible] a praedecessoribus nostris [illegible]

Reconciliandi pharmacopoei

nota de chirurgis.

Chirurgi pudore et liberalitate aut [illegible] revocandi in ordinem
aut magnifice commendandi quandoquidem iis togatis tam facile
sine detrimento [illegible] carere possumus. Iamdudum enim aliam manum
manu illorum non inferiorem nobis comparavimus

Scholae amplificandae et theatro anatomico illustrandae quae ad eius
doctrinam et discipulorum nostrorum exercitationem pertinent
aliud dabitur ad dicendum tempus

Ob centum librarum annuarum [illegible] quod aerarium nostrum [illegible]
[illegible] est

Tot rerum praeclararum [illegible] si nos nobis deesse nolumus occasio
se offert quia regem imprimis habemus bonarum artium et sapientiae hominem
perquam studiosum. Viros habemus multos quidem sed tres praesertim D. Mi-
ronem regium medicorum primarium, D. [illegible], D. Magnum apud regem
gratia apud eos authoritate potentissimos et nostri ordinis amantissimos.
Occasionem istam si amiserimus postea hanc frustra quaeremus dolentes.
Nolite hanc praeceptam obsecro vos per Deum immortalem et per vestri huius
ordinis a culmine [illegible] pietatem sinere elabi quin potius
hodie istarum praeclararum actionum fundamenta uno consensu iaciamus
quae uno in duobus sita esse mihi videntur. Unum est de concilio duodecim
aut octodecim virorum quorum prudentia fides taciturnitas et
in rempublicam benevolentia ~~[illegible]~~ cognita sit ex toto ordine deligendo
quorum ex voluntate et consilio res huius omnis a vestro decano
administretur. Nisi forsan quod accidat quod omnes scire interest ubi pro
more omnes solemnis convocatio [illegible] necessarium esse ostendunt
vestra consueta comitia ad quae aut pauci accedunt et ij iuniores
fere aut si multi plena sunt dissensionum opinionum confusione plena murmurum
[illegible] plena discordia ut etiamsi Iupiter iis praesit ne
consilium ullum sua regula salutare eligere queat. Mitto [illegible]
[illegible] ad certam horam accedit quod praetermittere
non possum [illegible] de quo [illegible] M. Claudius
[illegible] saepe conquestus est [illegible] in iis decreta nostra [illegible]
contra [illegible] contra [illegible] quod [illegible] fiat [illegible]
est quasi [illegible] prodat [illegible] et hanc
[illegible] debeat quod si quid [illegible]

vestrae reipub. causa Iuridica ~~alia~~ domesticorum et extraneorum gra
bene cupit perficiendas saepe plurimum officit minus laborabo dum qua
in illos quos diligentiae gloriae ob res praeclaras partae fuit distribu
nec ob id detractum vestri authoritas imbecillior reddet. Ut cum mu
in aliquot communitates digesta distributa non ideirco imbecillior redd
quin ad omnem usum aptior proptereaque et ex quibus habilior artifex fit ad qu
dum corpus qui alios quosque numerum partem per vult efficere
societate adiutus opus absolvere potest. Sed et cum sit res gerendae ...
subsannationem et contemptus qui scripsit pericles incidet in Metiochum
Effugiemus. Is pericles florente ~~aetate~~ authoritate et opibus ad invidiam
usque atque fastidium abutebatur dum omnia solus gerere vellet. Itaque passim
audiebat Metiochus in ore omnium Athenis erat vulgo cantantibus Metiochus du
copias Metiochus vias curat Metiochus gerit panarium Metiochus fu
nam tractat Metiochus praest omnibus Metiochus ergo lugebit. Atque hoc d
consilio deligendo quod e fundamentis actionis nostrarum unus erat.
Alterum est positum in pecuniae comparatione quae ut et belli m
et reliquarum rerum gerendarum nervus est. Haec in aerario vestro tum
cum sanctiore nulla est. Ut ex rationis brevi reddendis comperietis
Huius honestae comparandae aliquot rationes mihi excogitatae sunt
sed non antea publice promendae quam doleres vestri a me cognita
~~fuit~~ tales illas videantur et tamquam quae in promptu est a vobis in praesen
obtinendo. Sed ut omnes scholae vestrae emolumentum excepto eo quod
praesidibus actum Lectoribus scholarum ordinariis disputatoribus et
munus demum aliquod in scholis vestris gerentibus tum quod qui mercip
sariis et qui in supplicationibus universitatis lectores cum cappis
comitantur distribui solet in aerario vestro ad magnas capsi
praesentes recondatur. Hic dicam quod nemini me lapsis
apud Galenum rem dat quibusdam aegris suam approbat nullius
Cur inquit sanari volunt sed laborem sanationis ferre nolunt
Sed non dubito quin omnes praesertim iuniores qui in ea re seniorum
negligentiam accusant commemoratores maiorum depulsionis
summis votis expetunt sed qui depulsionis laborem ferre volunt
pauci reperiuntur et ad Lernam hanc morsum Herculis reclamabat
ut hastam inhaluerat virulentam et indies gravescentis ulceris
in suo corpore deferre quam leni hoc scrutinolo vel ustiuncula
dolore persanari. Unde fit ut contra seniores qui eam rem primum
cum durescent saepe suaserunt Iuniores cupiditates vel pecu
niariam damnant. Et sic mutuo nos accusantes dum maior
minorumque gentium omnes in vitio sumus. Cessus cum esset res magnum
qui non possint sine pecunia quam si praeter operam studiis vocat deleg
tiam a Decano vestro quisquis erit postulatis Iniquum postulatis Itaque
aequius est ut emolumentis istis abstineatis. Hac parsimonia
erit magnum vectigal quod cum alius quibusdam rebus dilect
a me prius cogitandis et consensu postea vestro comprobandis
summam auctoritatem efficit dignam paret. At occurrendum
obiectioni quam scholasticus fieri nunc posset dicet sic aliq
Emolumenta quidem ... praesertim huius exigua sunt et
quibus quisque non facile carebit. Sed hac pusilla si tollas
scholis solitudinem parabis. Respondebo si eo animo omnes essemus quo
profecto propter scientiam Medicinae sciorum omnes esse deberemus
tanto frequentiores sublato etiam hoc lucello adessemus quanto
a cupiditatibus et omnis avaritiae labe alieniores esse caperemus

quod si sponte non fecerint huic malo unum porro arbitror esse remedium ut ei crimine absolutam non excusabit carcere aut morte mulcta quinque assium decrevit hanc mulcta ab istar solitudinem quae recte vitanda est scholas meas vindicabit Experimini aut aliquid melius pro vestra prudentia invenite In hoc diligentiam meam vobis comprobabo Nec sites absimiles iis qui ellychnium lucernae ardere quidem volunt sed nihil olei infundunt hoc obsecro fautelluis infundite faciam ut breui cuius fomenta refundatur Haec sunt viri gravissimi quae in ipso limine mei decanatus vobis palam exponi e re vestra putavi superest ut de iis quae urgent in praesentia statuatis

Primum quot et qui deligendi pro concilio decto
Secundus de emolumentis in aerario reddendis
Tertius de dicto virorum delatorum in rotagione stemmatis de curia offerendo
Quartus de recipiendis omnium capitalibus nominibus a baccalaureis in quodlibetariis responsoribus
Quintus de relinquenda vel prosequenda lite adversus Anderum scripta
Postremus de filio domini de Gorghes supplicante ut in numerum baccalaureorum huius anni reciperetur hic ante quadriennium examinatus satis eruditus iudicatus fuit sed Religionem suam impeditus intrare in statuta facultatis coactus est impeditus antea eius fuisse contraria patris quo minus mortuo ea non amplius teneri se ~~doctum~~ dixit

Conclusio universa de hora primo et postremo sententiis dixit nempe filium de Gorghes recipiendum esse ea conditione ut die sabbathi post sacrum iuret a baccalaureis iurari solita volunt autem pro concilio ~~...~~ deligi octodecim quorum nomina sequuntur

M. Iheronymus de Navado
M Vincentius Mustel
M Nicolaus le grand
M ~~Symon petri~~ Claudius Dausot
M Symon petri
M Franciscus bregaud
M petrus Lattille
M Lodovicus Duval
M Philippus Alley
M Iohannes Rochy
M Claudius Roussolet
M Michael marchot
M Martinus bivard
M Guilielmus ballon
M Nicolaus millot
M Nicolaus holij
M bonaventura Blangier
M Ioannes Trollant

ad quos caetera proposita determinanda remisit et ita conclusum est

Die sabbathi 22° post solemne missae sacrificium M Iohannes de Cureie supplicavit ut admitteretur ad doctoratum supplicavit etiam Ioannes de Gorghes ut reciperetur inter baccalaureos utriusque annales et sed huic ea conditione ut iuraret

nt solum lingua sed etiam mente agnosceret et gratias facultati quae si aliter quam curaret facere ~~traduceretur~~ vel eum premere posset Iuravit

Eodem die a prandio Rationes accepti et expensi a M. Claudio Rousselet in posteriore anno sui decanatus auditae et ratae habitae sunt. Honorarium decanatus est singulorum. Nullas omnino quicquam pro sua praesentia postulavit. Itaque nihil distributum ut exhausti aerarii paupertas exigebat.

Die 28 sententia denominatorum virorum de strumis recitata est et approbata. Haec autem fuit eiusmodi

Supremus Senatus petit ab ordine medicorum an strumae paniferorum inficere possint

Respondet ex multorum strumis vel ulceribus malignis virulentis et sordidis laborantium et eodem in loco commorantium halitu paniferos infici posse.

M. Claudius Fauvelot supplicavit ut admitteretur ad doctoratum neque propter moram M. Joannis Gaulte differretur longius quo audito praescriptum est tempus dicto Gaulte quindecim dierum quibus exactis liberum esset dicto Fauvelot promoveri ad doctoratum

Supplicavit etiam M. Joannes Huguet ut facultas diceret suam sententiam de quibusdam articulis continentibus morbum et symptomata ~~...~~ cuiusdam nobilis sed denominatae mulieris quod ut fieret petiit aliquos pro ea determinatione denominari. Denominatio illa attributa est decano dicto Huguet supplicanti et M. Nicolao Mil...

Die Sabbathi 29 Rationes accepti extraordinarii et expensi a M. Claudio Rousselet auditae sunt in domo M. Hieronymi Vavadei antiquissimi magistri praesentibus M. Martino Mustel M. Petro Collier M. Johanne Le Gay M. Joanne Faber M. Bartholomaeo Paffart M. Jacobo Marchant M. Martino Grevin et apparitore magno Fardeau. Eaedem approbatae.

Qui aderant pro praesentia sua sibi detraxerunt aureum unum et apparitori duos capitatos nummos annuente decano.

Die quarto mensis Decembris convenere in scholis superioribus delecti viri quibus seorsum proponenda antea multa rogata erant ut parati ad deliberandum venirent. Proposita autem multa sunt quae ad ordinis splendorem pertinere videbantur. Et quidem haec ex scripto semel atque iterum a decano lecta sunt

A Rege et senatu impetrandum ut

Solis medicis approbatis medicinam facere liceat

Approbati sunt { Doctores medicinae et in ea licentiati in celebri academia
Regis et principum ordinarii medici

Hoc ut impetrent hac in Rempub[licam]
beneficia conferent Doctores Medicinae

Primum omnium ad quod vocabuntur facto cito [illegible] ad eius artificiis curabunt et promissis ab Hippocrate in suo Jusiurando stabunt

Deinde cum ipsi se immortales non sint alios Medicinae addictos instruendo velut in locum suum substituentes facient hoc beneficium immortale

Quod ut fiat melius et reipub[licae] utilius

Ex collegio praeter tres Regios insuper quatuor lectores decernent qui singulis diebus legibilibus in scholis medicis diligenter horam unam legent et diebus sabbathi a duodecima usque ad quartam disputando exercebunt discipulos quos etiam ut dignoscant statim a prima atque altera lectione audituros si velint [illegible] immatriculare se ut consulentur rogent alioqui excludent

Nullique alii alibi interea legere licebit nec audiant discipuli

Quod ad Regios professores attinet facile impetrabitur a Rege ut in scholis legant. Imo et quaerent ut et eius stipendiis sustentetur. Reliqui quatuor impensis scholae legent

Decernent sex qui tenebuntur visitare aegros [illegible] et pauperes urbis gratis excepto tempore pestilenti et etiam diebus Lunae et Martis primis cuiusque mensis cum chirurgis et tonsoribus aderunt et secum medici discipulos ducent

Medici primis cuiusque mensis diebus Lunae et Martis [illegible] chirurgia pauperum curatori omnium

Ideoque erunt impetrandi quatuor pharmacopaei qui praescripta pauperibus suppeditent

Decernent quatuor qui legant pharmacopaeis eorum officinas visitent et secum discipulos ducant ut in simplicium dignoscione exerceantur

Praescribent antidotarium pro urbe parisiensi secundum quod omnes pharmacopaei tenebuntur suas compositiones facere et dispensare ut [illegible]

Decernent duodecim doctores medicos quorum duo vicissim singulis aderunt ubi erit magna aliqua vel usualis compositio dispensanda et confectam chirographo obsignabunt

Utile etiam esset singulis tribus anni mensibus unicuique compositioni pretium imponere

Decernent quatuor qui horis intercalaribus et diebus festis chirurgiam doceant quae solum consistit in explicatione anatomes partium externarum explicatione et ostensione instrumentorum ad secandas scindendas urendas colligandas etc.

Decernent singulis annis quatuor examinatores qui cum decano admitti ad baccalaureatum volentes examinabunt diligenter et comprobabunt vel reprobabunt Comprobatis [illegible] si bene eruditos et exercitatos comprobabunt ubi publice semel disputaverint si urbe exire velint dabuntur literae sigillo minore cum chirographo decani [illegible] conditionis eorum et sufficientiae pro facienda ubique medicina praeterquam parisiis et in urbe ubi sit Academia [illegible]

Tenor literarum sic esse poterit

1578

Nos saluberrima Medicinae facultas in alma Academia parisiensi omnibus hasce literas inspecturis aut audituris salutem

dicimus ac notum reddimus facimus nobilem et eruditum virum N. magistrum in artibus quatuor annis in Medicinae studijs lectionum ordinariarum auditione anatomicarum administrationum inspectione simplicium medicamentorum disquisitione assiduam impendisse ut nobis apparuit ex schedula chirographis lectorum regentium et doctorum subsignata. Et super de medicinae partibus praesertim de dignotione morborum praesagitione curatione a nostro decano et quatuor nostris examinatoribus diligenter interrogatus egregie et laudabiliter satisfecisse et dignus ex eius publica disputatione compertus fuisset cui utrumque locorum nullus est medicinae studiis principalis quam academiam vocant medicinam facere liceat pro[...] in senatorum studiorum et laborum distinctum N. decanum commendatione nostra auderemus et ad sanitatis vestrae conservationem morborumque depulsionem sufficienter instructum vobis afferimus et ad vos mittimus ut quam opem ~~[illegible]~~ ipsi in nos propter absentiam vobis praestare non possumus per nostros discipulos baccalaureos in totam Galliam immo et Europam ut olim a clarissimo sene Hippocrate propter suam incredibilem in genus humanum benevolentiam in totam Graeciam missos eandem salutiferam vobis tute confidentes sentiatis ad cuius rei fidem et corroborationis testimonium praesentibus literis nostrum sigillum simul cum decani chirographo apponendum duximus. Datum die et anno [...]

Qui ad baccalaureatum admissi volunt alio cognominari [illegible] bonum et more antiquo ~~de~~ factos [illegible] doctoratus et licentiatus consequuntur quorum propterea singuli actus publici fiunt cum magnifico apparatu primus vesperiarum qui in his aliquam quaestionem sustinebunt secundo vero doctoratus praesentibus [illegible] habitu et magna frequentia virorum in urbe primariorum et vero studiosorum convocatione et denique loci celebritate et amplitudine.

Unde statim manifestus evadit scholas et aream angusta amplificandas et theatro anatomico decorandas.

Hac ut fiant pecunia opus est

Pecunia comparabitur tribus modis qui sunt in area [illegible] to et [illegible] qui non est

Primus est | Ut emolumentum huius bonum [illegible] in aerario excepto eo quod distribuitur his qui interfuerunt his qui cum caput comitantur rectorem in supplicationibus et his qui munus aliquod habent publicum in scholis. Hoc modo parari 2000 libellas argenteas et amplius

notandum de modo comparandi pecuniam pro [illegible] amphitheatri.

Secundus cum hodie in collegio octoginta sint doctores superstites unusquisque aliquid liberaliter conferat, proportione quadam in hos sumptus publicos faciendos ut iam multos appetere et velle scio hoc

modus fuerit erit granitum munificentia e multis offerendi
sed si de octoginta essent

Decem Decem Viginti Triginta Decem	qui singuli darent	30 20 10 6 3	aureos

Summa huius collectorum aureorum exurgeret in 910 aureos idest in 2730 libellas argenteas

Tertius modus est determinatam aliquam summam aureorum arripiendo ab iis qui modo antedicto in commendationem suorum studiorum et faciendae medicinae licentias volent obtinere literas praedictas

Hic modus praeterquam quod scholam medicorum parisiensium undique vallet et exteris innumerabilibus testimonia cum gloria et decus qui eas scilicet huius desiderant explebit complebit ex arreptis viginti aureis pro facultatis aerario a singulis magnam summam aureorum singulis annis Honestissime et cum coronatis quibus arripere invidebit desiderio accessabit Alioqui cum illi post hec multos exantlatos labores aut relinquent vitam sine insigni et publico testimonio degere aut Montempessulanum in aliamve academiam se conferre coguntur maioribus expensis et itineris periculo fastidiosis ubi id testimonium reddere possunt Et sic merito schola parisiensis dici potest

Sic vos non vobis

Si enim nec quidem postea dignantur suas eruditiones et arreptam ... sed in loco cuius testimonium referunt quam vero in ore hic et ut clariores ipsi videantur illius doctores assidue praedicare

Deligentur ut iste modus expendatur ex eo et undequaque spondere biennio summam 600 vel 800 aureorum praeter emolumentum Quod etiam huic percipient examinatores praesides disputatores

Et sic horum trium modorum beneficio qui sunt in nostra potestate comparabimus summam 6530 lb quae sufficient ad scholarum amplificationem et theatri anatomici substructionem

Cum et tonsores chirurgi ut et hi quidam cum multi deberent ad theatrum dabunt 50 aut 60 aureos ea lege ut in eo locum aliquem eis destinet

Quartus modus qui in nostra potestate non est est maximus cuius aliquid Regem habemus in bonas artes liberalem et in literatos propensissimum si videret nos artem tam qua humano salutarem promovere et amplificare velle gratulabitur nostris qui eos amant supplicationi magnas hoc denegabit

Hoc quanta semper erit priorum modorum defectus si quis sic suppleret si non sic in annos procederet collocabit qui in casus futuros et praesentem in sustentandos eos qui erunt augustiore suppellectile restaurabit

Et in nundes regis perpetuam memoriam et gratificationem dici deus ... facere missam solemnem

et vespertinas partes habebat quibus omnes doctores et bacca-
laurei cum ceteris convenirent interesse ut ibi una voce pro
deum opt. max. pro rege nostro Henrici incolumitate et
prosperitate idque ad imitationem fori iudicialis cui ol. cast.
causas D. Caroli magni vel D. Lodovici sancti etc.

De hoc ita proposito multi deliberantes valde
collaudarunt amplius tamen super hoc deliberandum censuerunt
unius bonae turpissima [illegible] est qui cum ageret de eo
ubi charitas et aestimatur cuiusque liberalitas verbis gallicis
sic dixit Monsieur le doyen cest article vous a fait
veiller deulx heures mais il ne vous scauroit faire sortir
ung denier de ma bourse hanc vocem indignissime ferens
decanus statim eidem dixit si nihil daret tanto minus
obligatam sibi habiturum facultatem. Alterum aliquem notabat
ibi qui pro eo [illegible] quod dicebat propter M.
Nicolaum le grant qui de eo articulo quid sentiret ei
[illegible] videret valde alienus rogatus nequaquam inquit [illegible]
vel ego pro duobus aliquid in facultatem erogabo

Illo die nihil plus actum est nisi quod censuerunt
de ista liberalitate et [illegible] emolumentis refe-
rendum esse ad ampliora comitia et ita solu-
tum est etc.

Die 11o post prandium quodlibetariae M. Thomae Grou[illegible]
cum summa doctorum adesset frequentia Decanus postulata
a senioribus venia et indicto omnibus silentio haec quae sequuntur
dixit

Die Jovis 27o Novembris oratione quas potui apta
et brevi vobis Medici clarissimi rerum vestrae scholae statum
exposui et ut manifeste habenti occurrerentur nonnulla fa-
cienda proposui quae erant

Reconciliatio pharmacopaearum
Renovatio chirurgorum in suum ordinem
Empiricorum expulsio
Scholarum vestrarum amplificatio
Theatri anatomici substructio
Aeris alieni solutio

Quae fuerit [illegible] deliberationes ad 14 viros selectos
qui die quarto huius mensis convocati de multis tum
propositis in uno hoc duntaxat consensere quod de
modis pecuniae comparandae ut haec vel aliqua fierent
et hos modos ad vos universos referendos censuerunt
Quod priusquam faciam tollendum est unum quod ab omnibus [illegible]
Die Iovis 3. mensis Februarij cum excepti fuissent doctores à M. Iohanne Lamonio nomine novæ regentiæ quod infectum manserat superioribus comitiis, ad finem deducere tentavit Decanus. Verum Cappelli consilium aperuisset; verbum tamen nullum de eo quod superioribus comitiis postulaverat habuit Cappellus. Quare obtulit se M. Nicolaus Mercator, ædes sibi locari efflagitans si octoginta libellas pro locationis reditu singulis annis facultati persolveret, centumque numos aureos in instaurationem

tionem ædium facultati dono daret. Qua de re cum vnusquisque sententiam dicturus esset, publicè recitauit Decanus literas à D. Myrone Regis Archiatro ad D. Duretum scriptas quibus per hunc facultatem rogabat vt M. Johannis Fardeau haberetur ratio, cum ob patris in ordinem nostrum merita, tum ob æquas conditiones quas ordini nostro offerebat. Vocatus Fardeau dixit se dono daturum quinquaginta numos aureos solares, in instaurationem ædium, centumque alios collaturum in eam rem ea conditione vt deducerentur de annuo reditu centum libellarum quas pro conductione pollicebatur. Quibus pensitatis in eam sententiam itum est, vt quoniam antea facultati placuerat, cum ex collegis qui ædes conducere vellet extraneo præferri conditionibus æquis vel etiam paulò inferioribus, M. Nicolao Mercatori locarentur. Et quoniam in instaurationem ædium amplior pecunia necessaria esse visa est, ne hac deficiente res infecta maneret, decretum est vt Doctores maioris ordinis duos numos aureos solares in manus Decani deponerent, minoris autem ordinis, vnum: ita tamen vt ditiores ad bene merendum de facultate, collata quam illorum opes ferrent pecunia inuitaret. Quod si quis Decreti contemptor foret Decano mandauit vt illius emolumenta retineret donec ad eam summam ventum esset /.

Die Mercurij 27. mens. Aprilis conuocata est facultas per schedulam à Decano vt audiret formulam contractus ineundi cum M. Nicolao Mercatore cui superioribus comitiis consensu facultatis promissa fuerat ædium scholarum locatio conditionibus propositis.

Ubi cum de aliquot capitibus ambigeret praefatus M.
Nicolaus Mercator, obtulit literas à D. Myrone
Archiatro ad facultatem iterum scriptas D. Decano
quibus idem rogabat quod antea fecerat nomine M.
Johannis Fardeau. Quibus perlectis, auditoque praefato
M. Johanne Fardeau centum libellas annui reditus
pro locatione aedium pollicente, centumque et viginti
numos aureos donante in refectionem aedium; praeterea
etiam formulae contractus à Decano propositae in
omnibus assentiente, ierunt fere omnes in eam sententiam
ut M. Johanni Fardeau locarentur aedes
quod commodo facultatis maximo ea locatio fieret.
Inter hos cum M. Sulpitius Rigault sententiam
dicturus esset rogavit facultatem ut sui ratio haberetur,
quod centum et viginti numos aureos dono
dare facultati paratus esset, perinde atque M.
Johannes Fardeau, libellas autem octoginta pro
locatione annua offerret, ~~[illegible]~~ conditionibus
illis quae nuper propositae fuerant à Decano.
Cui cum plerique faverent, factione quorundam
qui Mercatoris partes tuebantur, re infecta discessum
est. Quare Decanus ad alia comitia rem distulit.

Die Iovis 5. mens. Maij indictis à Decano
comitiis per iuramentum convenerunt frequentes
Doctores in scholas superiores. Ubi expositis iis
quae superioribus comitiis acta fuerant rogavit
omnes ut definirent an ratio aliqua haberi
deberet M. Nicolai Mercatoris cum quo
nondum pacisci potuisset Decanus ex formula
quam

quam illi proposuerat, propter conditiones quasdam quas subduras esse aiebat; an verò audiendus esset M. Sulpitius Rigault, qui petierat superioribus comitiis vt sibi locaretur domus de qua agebatur, quòd maiore commodo collegij ea locatio fieret, ob viginti numos aureos quos addebat ad eam summam quam M. Nicolaus Mercator pollicitus fuerat. Hi in eam fere omnes abierunt sententiam vt quoniam contractus locationis cum M. Nicolao Mercatore nullus initus erat, liceret Decano cum M. Sulpitio Rigault transigere si conditiones à Decano propositas admitteret, idque quod pollicitus fuerat quamprimum præstaret. Quod ita factum est die Sabbati 7ª die eiusdem mensis coram Notariis publicis Chartrain & chefdeville.

Die Iouis 24 mens. Iulij conuocati sunt à Decano Doctores in scholas superiores vt sententias illorum audiret de quæstione à præfectis Politiæ Parisiensis ordini medicorum proposita quæ fuit eiusmodi. An pestilentium morborum tertium iam annum grassantium caussa in corruptelam aëris conferenda esset, nec ne; & quo pacto tam diuturnæ morborum inclementiæ subueniri posset. Vbi post vltro citróque collatas omnium rationes, itum est in eam quæ sequitur sententiam; cuius exemplar Decanus Latino & Gallico sermone scriptum in publico consessu præfectorum Politiæ Parisiensis die Martis 19 eiusdem mensis legendum dedit.

Corruptelam tantam aëris neque extitisse, neque nunc extare quæ inspiratu solo pestilentium morborum qui ab anno 1580 sæuire cœperunt,

atque ad annum praesentem 1583 prorogati sunt in-
mentiam attulerit (quanquam ex aequo non affixerim
qui dixerit veritati consentanea admodum dicere vide[tur]
Docuit enim experientia eos qui cautiones quarum obser[vatione]
hominum corpora adversus pestis iniurias sarta et tec[ta]
tuetur, rebus suis adhibuissent, damni nihil contrax[isse]
Ergo quum anni 1579. tempestates nativam suam
temperiem non retinuissent (quod ubi fit anno sequente
morborum feracissimum esse prodidit Hipp. in Aphorism.
idque exemplis certissimis confirmavit in Epidem.) sed
magna ex parte coelum Austrinum et humidum fuit
caliginosum, et ventis varium, putredinis et corrupte[lae]
seminaria in sese fovit, quae sub finem veris anni 158[0]
in frugibus et vinis se primum prodiderunt, unde homines
quibus tenuior esset fortuna laborare statim coeperunt,
grassante deinde malo divites quidam qui sibi minus cav[e-]
rent : adeo ut causam tot malorum quae derepente
emerserunt in pravorum ciborum usum conferendam
esse nonnullis visum fuerit. Quoniam vero certum est
humido et austrino coeli statu serum multum in corpore
hominum assidue cogi, quod quia tum temporis nihil
e corporibus nostris exudat, diuturna mora quam trahit
in venis calorem putredinis participem contrahit, a quo
mordacem et malignam qualitatem concipit (ut
quae a communi putredinis causa putrescunt singula
suam quamque obtinent putredinis causam) factum est
ut quanquam annus 1580 saluberrimus esset,
spirante nimirum Aquilone per maximam illius anni
partem, pestilentium tamen morborum iniurias expe-
riremur. Est enim illud veteri medicorum omnium
consensu firmatum axioma, temporum praecedentium
vitio morbos accidere coeli statu vitij etiam omnis exper[te]
Excitati autem sunt, non quia ab aere quem spirando
lucem

duceremus inficerentur subito ac corrumperentur spiritus
qui in nobis animae muneribus obeundis destinati sunt,
sed quia cum illorum causam corporibus nostris continere-
mus à superiore coeli statu, si quid delinqueremus
in infecti halitus attractione, in cibi, potus, vigiliarum,
somni, exercitationis, quietis & caeterorum ratione,
venerearum quoque rerum usu, facilè morbis pesti-
lentibus conflictaremur. Ex eo tempore quamquam
magistratus, cui salus populi suprema lex est, omnem
curam adhibuisset ne supellectilem eorum qui illis
morbis interiissent quisquam emeret, ne illorum virus
contagione in alios serperet, accidit tamen vel haeredum
avaritia, vel ministrorum & clinicarum mulierum
fraudibus, ut supellectile clam divendita labis prioris
reliquiae quaedam semper in urbe remanserint. Quae
fortasse sublatae nunc essent, nisi annus superior 1582.
nos in idem malum à quo respirare nobis videbamur
conjecisset. Nam eo anno per quatuor ferè menses,
sequenteque altero in quo agimus per totidem, fuit
coeli status Austrinus & humidus, qui eadem omnino
in corporibus nostris peperit quae constitutio anni
1579. de qua nuper dictum est. Cui cum successerit
Austrinus coeli status, squallidus, aestuosus, & ventis
per maximam partem varius, qui vim idoneam non
habuit ad concoquendos humores excrementitios quos
superior constitutio in nobis genuit, sed ad putredinem
concipiendam proclives reddidit, effectum est, ut
appetente aestate morbi pestilentes denuo oborti sint,
qui ut contagione serpunt, ita absque contagione
plerumque corripiunt: non aliam ob causam quam quod
corpora nostra ex coeli constitutione tantam opportuni-
tatem ad morbos pestilentes duxerunt, ut his levissimam
ob causam corripi animadvertamus. Quibus ut occurratur

obseruandæ erunt cautiones iussu prudentissimorum præfectorum Politiæ Parisiensis à nostris sermone Latino & Gallico traditæ, quibus vtiliores aliæ adiici nequeunt. Quæ vero singulorum propria remedia sunt, ea ab artifice petenda erunt, qui pro rebus oblatis indicationes sumet horum aut illorum remediorum vsurpandorum.

Die Iouis 15. mens. Septembris iubentibus præfect. politiæ Parisiensis conuocati sunt Doctores à Decano in scholas superiores deliberaturi de admittendo quodam (cui Fabri nomen erat) se medicum profitente ad actus solemnes à Baccalaureis fieri solitos sine vllis sumptibus per id tempus quod ex curriculo facultatis legibus definito supererat (supererant autem sex ad summum menses) eâ conditione vt in medicorum penuria qui peste laborantibus subuenirent, ægris peste correptis medicinam faceret. Quibus ea sequitur formula respondendum censuerunt.

Die Iouis xv.ª mens. Septembris anno Dñi milles. quingent.º octoges.º tertio conuocata Medicinæ facultas à Decano in scholas superiores vt satisfaceret prudentissimis politiæ Parisiensis præfectis qui in medicorum peste correptis succurrentium penuria cuidam nomine Fabro sedulam se in ea re operam nauaturum pollicenti, si huic per facultatem liceret intra breue tempus quod ex curriculo facultatis legibus definito supererat, ad honorum gradus, quibus ipsa alumnos cohonestare solet, absque vllis sumptibus euehi, locum inter Baccalaureos concedi efflagitabant pro nauatam ab eo operam, respondit se contra antiqua scholæ instituta aditum ad honores consuetos Fabri hominj

homini cuiquam sibi probato patefacere non posse: probandi
tempus expetere intra mensem Martium si hunc expectare
velit: sin nolit sibi liberum esse artes suas et tentare quarum
in aliis aegris sine ullius auctoritate experimenta facit.
Veruntamen si medicorum operam urbi ex usu esse putent
offerre se Jo. Stellatum qui peste laborantium curam
saepe antea suscepit, si honesta stipendia sibi constituantur,
constitutaque bona fide persolvantur, ne antiquis scholae
legibus quicquam detrahatur. Esse quoque alios qui idem onus
suscipient, si laboribus quos adibunt stipendia respondeant.
Iisdem comitiis postulavit M. Symeon De malmedy ut gratus haberetur
procuratorius libellus sibi à Symone Haemonio minori apparitore, qui tum
temporis gravi morbo conflictabatur, creditus, quo deponebat apud facultatem
Apparitoris munus in favorem soceri sui Renati D'Escosse, ut si diem
vitae supremum obiret, in illius locum sufficeretur. Cuius postulationi
assensere pene omnes qui aderant; quod autem in eo negotio reliquum
Dni Decani iudicio commiserunt.

Die Sabbathi 15. mens. Octobris convocati sunt per schedulam
Doctores in scholas superiores de celebratione sacri diei B. Lucae
Dni nri tutelaris deliberaturi: ubi censuerunt omnes diem illum piè
& sanctè pro more veteri celebrandum.

Die Martis 18. eiusdem mensis qui dies erat B. Lucae sacer, peractis
de more sacris quum intellexisset Decanus permultos ex Doctorum
consessu qui tum frequentissimus erat conqueri quod ad se perlatum
fuisset Apparitoris munus quo antea fungebatur Symon Haemonius
venditioni exponi, rem omnem ut superiore mense acta fuerat
exposuit, addiditque ut negotium illud componeretur optimum visum
fuisse nonnullis si quoniam socer Haemonii saepe palam dixerat nolle
se eo munere fungi cuipiam probato homini committere qui daret fidem
scholae se filio Haemonii qui annos tantum quinque natus erat munus illud
restituturum, quum ad eam aetatem pervenisset in qua illud obire posset.
Postulavit quoque ut quando rerum scholae angustia Doctores convivio
excipi non patiebatur eo die quo confirmatur Decanus epulum nullum
eo die fieret. Quibus rebus pensitatis in eam sententiam itum est.
Liberam esse debere facultati potestatem sua munera conferendi,

promiserq ad munus illud filio Haemonij restituendum nolle se obligarj. Decretum in fauorem Ren. Desrosse superiorj mense factum irritum se habere, quoniam his & idoneus non esset Apparitoris munerj gerendo, & in facultate latum illud fuisset, quod speciali articulo ad eam rem definiendam conuocata non fuisset. Se gratuito Nicolaum Campensem pharmacopaeum ej muneri praeficere, de cuius eruditione & fide plurimorū testimonium auditum fuerat posteaquàm fideiussorem dedisset pro fasce qui ante Doctores ab Apparitore in pompis Academiae solennibus portatur. Abrogare se conuiuium à Decano fierj consuetum non eo solùm die quo confirmatur, verùm etiam in omne tempus, nisi meliore aspirante fortuna aliter toti facultatj visum fuerit.

juramentum tonsorum 1582

Die Mercurij sequente pro antiqua consuetudine celebratum est sacrum pro defunctis collegis nostris: quo peracto Tonsores Chirurgi iusiurandum solitum praestiterunt. Qui vbi discessissent conquestus est apud facultatem Renatus D'Esrosse, quòd cùm antea decreto publico sibi concessum fuisset minoris apparitoris munus, nunc alio decreto ad Nicolaum Campensem transferretur. Quo audito de communi illorum qui aderant consilio dissidium quod inde nasciturum erat ita compositum est, vt Campensis munere apparitoris minoris frueretur & fungeretur ea conditione, vt cùm ad eam aetatem peruenisset defuncti Haemonij filius in qua apparitoris munus obire posset, si coram facultate sisteret se quò illud gerere sibi liceret, admitteretqz facultas, teneretur Campensis bona fide illj restituere. De quibus cùm inter ambos conuenisset, fidem de more dedit facultatj Campensis.

Granoier

Die Mercurij 14 mens. Nouembris 1582. conuocati sunt à Rectore sub horam octauam matutinam omnes Academiæ ordines in Mathurinensium ædes, vt ab illis consilium caperet de adeundis exequiis illustriss. Senatus principis Christophori Thuanj, ad quas cohonestandas ab hæredibus inuitatus fuerat. Quod cum omnibus placuisset, ea lege vt quam maximè fierj posset Academiæ dignitas retineretur, itum est in domum defunctj, vnde cum reliqua pompa in B. Andreæ ædem contendere Academiæ ordines, ita vt Rector dextram viæ partem, Prætor parisiensis sinistram obtineret.

Die Martis quarta mens. Decembris decreta est extraordinaria supplicatio Rectoris Academiæ M. Blasij Martinj ad D. Genouefes indictis ea gratia comitiis apud Mathurinenses pro prospero euentu rerum Galliæ, & impetranda prole Henrico tertio regi Franciæ Christianiss.o vbi supplicauit minor Bidellus nationis Gallicanæ omnium bidellorum nomine, vt cum bona ordinum omnium quorum * interesset venia dimidij nummj aurej percipiendj potestas sibi fieret à Baccalaureis superiorum ordinum Academiæ, quo die de quæstionibus in scholis respondent, pro deductione Rectoris ad actus illos solemnes, aut certe viginti solidorū Turonensium, quos à facultate artium sibi eo nomine adiudicatos aiebat. Cui respondere omnes, rem istam facultatum arbitrio committi oportere, proindeque re indefinita dimissa sunt comitia.

Die Lunæ 20. eiusdem mensis, indictis apud Rectorem in ædes Cœnomanas priuatis comitiis, quinque capita selectis academiæ viris proposita sunt, de quibus singulorum sententiæ audirentur. Primum fuit de approbatione sedulitatis & diligentiæ quam Rector adhibuisset vt Senatusconsulto cogerentur omnes qui

pædagogi munere fungerentur in Academia nomen suum profiteri apud Rectorem, & in Catholicam Apostolicam & Romanam Ecclesiam iurare: déq; sumptibus refundendis Rectori quos pro eo Senatusconsulto fecisset. Alterum fuit de forma iusiurandi quam sequi conueniret. Tertium de ineunda ratione qua libri multi deprauatæ doctrinæ qui apud Bibliopolam quendam in suburbiis Marcellinis reperti fuerant iudicio Academiæ submitterentur. Quartum de interdicenda artium professione Bernardo Abbatiæ in Academia Parisiensi propter obscœnos sermones quos lectionibus suis inserebat, magno corruptelæ iuuentutis quæ eo confluebat periculo. De primo ita statuere qui eo conuenerunt, vt non modò gratiæ agerentur Rectori pro laboribus quos illius Senatusconsulti obtinendi causa susceperat, verum etiam à Quæstore Academiæ repeteretur pecunia in eam rem insumpta posteaquam constitisset de sumptibus illis per procuratorem rerum Academiæ apud Senatum. De secundo veterem iureiurandi formam sub Francisco I. Rege Christianiss.o traditam retinendam esse, cuius exemplum apud Theologos esse dixit M. Iohannes Faber qui Theologici ordinis nomine adfuit. De tertio exhibendum esse Senatui supplicem libellum qui eo spectaret vt illius authoritate, adulterinæ doctrinæ seminariis quæ libris antè repertis continebantur prouideretur: duóq; ex Theologorum ordine deligerentur qui in eam curam incumberent. De quarto & postremo Bernardo Abbatiæ interdicendum esse Cathedra in omnibus Academiæ gymnasiis per Bidellum maiorem de mandato Rectoris & totius Academiæ: monendósq; omnes collegiorum primarios ne illi in suis gymnasiis publicè legendi potestatem facerent.

Die Sabbathi 15. mens. Ianuarii habita sunt apud Mathurinenses publica Comitia, in quibus primum de aperiendo nominandorum Catalogo omnium ordinum

sententiam rogauit Rector: Deinde de lustrandis singulis Academiae collegiis vt Rectori constaret de Gymnasiarcharum & praeceptorum in recte instituenda iuventute sedulitate. Statutum est vno omnium ordinum consensu vt aperiretur Nominandorum Catalogus. Deinde vt a Rectore mos Senatui gereretur, in ea praesertim re quae Academiae dignitatem, & iuventutis quae praeceptoribus erudienda traditur vtilitatem attingeret. Vt autem res augustior esset visum est ex dignitate Rectoris fore, si Decanis superiorum facultatum comitatus gymnasia lustraret.

Die Mercurii 26. eiusdem mensis habita sunt apud Mathurinenses publica comitia in quibus rogauit Rector singulos Academiae ordines vt constituerent diem in quo delectis ex singulis ordinibus clariss. viris comitatus collegia inuiseret: deinde vt sententiam dicerent de libello supplice à Scindico facultatis artium Senatui oblato, quo à Senatu contendebat vt cogerentur Primarii collegiorum tres Philosophiae professores alere, hisque honesta stipendia constituere, vt Philosophiae studia quae ex collegiis propemodum sublata erant, pristino splendori restituerentur: Postremo vt viderent essetne expungendus è numero librariorum iuratorum Iohannes Poupy qui iam sex menses ab vrbe aberat. Quibus propositis postulauit procurator fisci Academiae vt deliberarent vna numquid Cereum Regi, qui tum in vrbe erat, proximo purificationis B. Mariae festo à Rectore offerri vellent. Statuerunt omnes diem Rectoris arbitrio relinquendum quo dicto ad lustranda collegia vna conuenirent. Rem quae libello supplice Scindici facultatis artium contineret à facultate artium componendam: rogare se tamen quo Philosoph. studia melius colerentur, vt de vetere annorum numero nihil detraheretur. Iohannem Poupy audiendum esse, priusquam de hoc expungendo quicquam statueretur, ne indicta causa se damnatum fuisse queri posset. Cereum à Rectore Regi offerendum esse ex more, in eamque rem suam se operam polliceri, vt honestissimo comitatu stipatus Regem adiret.

Die Lunae vltima eiusdem mensis conuocati sunt à Rectore per schedulam selecti singulorum ordinum Academiae viri

qui Rectorem comitarentur in aulam Regiam ut Regi, Regniq; optimatibus salutem dicerent, et Academiae nomine Cereum offerrent exiguum quidem munus, verum propensi Academiae animi testem, singularisque in Regem Regniq; optimates observ[antiae]

Die Sabbathi 19. mens. Februarij Rector convoca[tis] per schedulam omnibus Academiae ordinibus signifi[cavit] oportunum sibi visum fuisse tempus ad lustr[anda] collegia initium Quadragesimae. Quare si id probaret[ur] Decanis superiorum ordinum, placere sibi ut res inchoaretur die Mercurij qui futurus erat Ciner[um] dies: Deinde rogavit an placeret nominandorum Catalogum claudi. Vix finierat cum primarius colleg[ij] Rhemensis omnium primariorum nomine supplicavit [ut] differretur lustratio, quod ex articulis iuxta quos restitu[ta] erat Academiae sua dignitas nonnulli controversiae hab[erent] aliquid, idque se scripto confirmaturos sponderent si tempus daretur. Visum est Academiae ordinibus non advenisse tempus claudendi Catalogi nominandorum, qu[i] ex instituto vetere nonnisi prima hebdomade Quadrag[esimae] claudi soleret. Cum vero aequam esse iudicarent primarij Rhemensis supplicationem, statuerunt ut pri[ma]-

* rij apud Rectorem deponerent articulos qui in controver[sia]m vocarentur, ut eos ad superiorum ordinum Deca[nos] mittendos curaret, quo unusquisque ordo quid facto opus esset apud se videret. Sicque discessum est.

Die Martis 1ª mensis Martij convocati sunt à Rectore per schedulam omnes Academiae ordin[es] apud Mathurinenses, ut sententiam dicerent de articulis à primariis collegiorum additis ad eos qui ante singulis ordinibus communicati fuerant.

Deinde ut constituerent diem quo lustranda essent gymnasia
postremò ut claudendo nominandorum Catalogo subscriberent.
His propositis postulauit cognitor fisci Academiæ ut delibe=
raretur de lite inchoata aduersus D. Guyon in supremo
Senatu procuratorem pro Laudiniis, quæ vernacula
lingua appellamus Lotz & ventes, ob emptas ædes quarum
dominium erat penes Academiam. Item ut officiarij uni-
uersitatis qui nomen non dedissent curiæ vectigalium, neq
Academiæ iura persoluissent, nisi quamprimum id facerent
ex albo officiariorum Academiæ expungerentur. Cum sententiæ
iam dicendæ essent, Mauristellus nescio quis quise Nationis
Gallicanæ Censorem aiebat postulauit ut non modò artium
facultas, sed & superiores Academiæ ordines corrigerentur,
próque articulis qui à primariis expectabantur alij articuli
aduersus superiores Academiæ ordines scribæ Academiæ dati
sunt ut publicè legerentur. Reclamatum est hinc & inde:
aliis senatus authoritate se tuentibus, aliis æqualitatem ordinum
omnium Academiæ non ferre ut alij in alios ius habeant
dicentibus. Tandem superiores ordines sententiam dixerunt,
quæ fuit huiusmodi, ut non recusarent corrigi se, si opus
esse videretur: incipiendum tamen esse à facultate
artium, quæ à vetere Academiæ disciplina tantopere defecisset.
Diem quo id fieret eligendum in quo commodo Rectoris fieri
posset. Claudendum esse nominandorum Catalogum.
Litem aduersus D. Guyon susceptam amicè dirimendam, si
fieri posset, quod fides ipsi data iam esset, quæ summo
iure cum ipso agere prohiberet. Denique cogendos esse Academiæ
officiarios ad danda nomina curiæ vectigalium, aut ex
officiariorum albo expungendos.

Die Veneris 18. eiusdem mensis decreta est supplicatio extra=
ordinaria Rectoris M. Iohannis Bonnoysin ad D. Genouefes,
habitis ea gratia comitiis apud Mathurinenses pro D.O.M.
impetranda gratia ad pie & religiose celebrandum annum
Iubilaum indictum à summo Pontifice in diem Domini proximè
sequentem. Assensum quoque est supplicationi procuratoris fisci

literas gradus Magisterij illis qui ad hunc ... nuper fuerant concedi efflagitantis.

Supplic Die Mercurij 23. mens. Martij decreta est supplicatio ordinaria Rectoris M. Joh. Bonnoy sin ad D. Germ. pratensis habitis ob eam causam comitiis apud Math. pro agendis D.O.M. gratiis, magistratus sui ... cursu ad foelicem exitum perducti nomine. In quibus Nobilis quidam Fierabrasius nomine per procuratorem fisci supplicavit ut liceret sibi authoritate Academiae iure agere cum vectoribus sordium urbis, qui sordes illas iuxta domum quam prato clericorum citimam habebat deponebant, impensasque in eam rem faciendas pollicebatur. Cui omnes assenserunt.

Die Martis 19. mens. Aprilis indictis comitiis convenerunt apud Mathurinenses omnes curiones et sacellani qui sacerdotia possident quorum nominatio ad Academiae ordines per vices pertinet. Ubi recitata sunt singulorum nomina ex vetere instituto Academiae.

Die Martis 17 mens. Maij indictis à Rectore comitiis apud Mathurinenses, actum est de sufficiendo M. Christophoro Aubry Doctore theologo in locum M. Dampmartin Doctoris theologi defuncti Curionis D. Andreae de artibus cuius nominatio ad Natione Normaniae pertinebat. Ubi supplicavit procurator fisci Academiae ut praedictus D. Aubry testimonium daret Academiae suae vitae et integritatis. Item ut beneficiarij Academiae etiam non vocati sisterent se apud Academiam die martis proxime insequente diem octavum Paschae qui Quasimodo appellatur. Denique ut quoties per obitum vacaret beneficium aliquod cuius nominatio ad Academiam pertineret, indicerentur comitia biduo ante quam haberentur. Confirmarunt omnes Academiae ordines nominationem D. Aubry a Natione Normaniae factam assenserunt etiam supplicationi procuratoris fisci.

Die Lunae 20. mens. Junij decreta est supplicatio ordinaria Rectoris M. Claudij francaj ad D. Jacobi de marello habitis ob eam causam comitiis apud Mathurinenses pro agendis D. opt. Max.o gratiis earum rerum causa quas in suo magistratu susceptas ad foelicem exitum perduxerat. In quibus procurator fisci Academiae postulavit ne diebus illis quibus convocarentur Academiae ordines decernendae supplicationis causa, de aliis rebus sententiae rogarentur, quod accepisset duos esse librarios qui eo die in suum locum duos alios sufficere vellent de consensu Academiae. Cuius postulationi annuerunt omnes Academiae ordines; proindeque quod cogitaverant duo illi librarij in sequentem diem distulerunt.

Die Martis 22. eiusdem mens. convocati sunt omnes Academiae ordines pro admittenda resignatione Joh. Macaej & Joh. Dompy Librariorum in favorem Caroli Macaej & Nicolaj de Nivelles. Quam omnes lubentissimis animis admiserunt beneficiorum à Sebastiano Nivellio patre & Joh. Macaeo in rem literariam collatorum nomine.

Die Dominica 2. Mens. Octobris decreta est Supplicatio ordinaria M. Petri Dynet ad D.D. Lupi & Egidij habitis ob eam causam comitiis apud Mathurinenses ut D. O. M. agerentur gratiae pro rebus quas fauste & foeliciter in suo magistratu gesserat. In quibus supplicavit procurator fisci Academiae ut secundum antiqua Academiae instituta teneretur Academiae Quaestor ab Rectoribus singulis octavo post die quam magistratu suo perfuncti sunt repetere pecunias Academiae nomine acceptas. Cuius supplicationi assenserunt omnes Academiae ordines apposita conditione quae fuit ut si octo dies à Rectoratu non sufficerent prorogaretur tempus ad quindecim.

Die Lunae 17. mens. Octobris indicta sunt Comitia à Rectore apud Mathurinenses in quibus quaesitum est an, ut Senatui ex usu fore visum fuerat, differendae essent Gymnasiorum Lectiones donec Pestis inclementia desiisset: Item an accelleranda dies qua Academiae Quaestor rationes suas redderet apud deputatos: an verò expectandum donec vidua eius qui quaesturam antea gesserat rationes suas reddidisset.

Ubi de omnium ordinum sententia visum est respondendum Senatui non posse differri lectiones gymnasiorum absque maximo iuventutis detrimento: posse tamen periculo prov… si peregrinis aditus ad gymnasia denegaretur, domestici vero à paedagogis in officio retinerentur. Quaestoris quaerationes accelerandas non esse, sed expectandum donec indicta lis videatur quaestoris superioris iudicio definita es…

Supplic. Die Jovis 20 eiusdem mensis decreta est supplicatio extraordinaria Rectoris M. Andreae Bartholomaei ad D. Martini Campensis, comitiis eam ob causam habitis apud Mathurinenses exorandi D.O.M. nomine, ut populi Gallici ~~[illegible]~~ misertus pestem quae tamdiu illum saevierat avertere dignaretur, bellorumque civilium motus qui impendere videbantur, compescere.

Granvier

Ratio accepti ordinarii in priore Decanatu
M. Bonaventuræ Grangerii Paris.
Reddita die Sabbathi 19 mens. Novembris
1583

Primum acceptum.

A M. Gulielmo de Baillon superiore Decano ex reliquiis rationum ordinariarum ——— lxxm ℓ. xvi s. iij d.

Aliud ex reditibus annuis scholæ.

A M. Iohanne Fardeau procuratore in minore foro iudiciali pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die Remigialium anno Dni 1582 ——— xxxvj ℓ.

Ab eodem pro tribus mensibus locationis earumdem ædium finitis die Natalitio Domini 1582 —— xvm ℓ.

A Nobili matrona Anna le Cirier vidua D. Courtin Senatoris Parisiensis pro duobus annis reditus annui quinque libellarum finitis die Natalitio Dni. 1582 — x ℓ.

Ab Iohanne Gosson mercatore pro sex mensibus locationis areæ posterioris scholarum finitis die festo Paschæ 1583 — x ℓ.

A Richardo Chaloys coquo pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die festo Paschæ 1583. — xxij ℓ. x s.

A Petro Langlois sutore calceamentario pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die festo Paschæ eodem anno 1583 ——— xxv ℓ.

Ab eodem pro redemptione summæ xlvm ℓ. x s. quam M. Gulielmo de Baillon Decanatu abeunte facultati debebat ——— xxx ℓ.

A Nobili viro M. Francisco De Vigny urbis Quæstore pro trimestri spatio reditus centum librarum finito die festo Paschæ 1582. ——— xxv ℓ.

Ab eodem pro pari spatio reditus decem libellarum finito die festo Paschæ 1582 ——— ℓ s.

Summa huius pag[inæ] ~~...~~
Deux cent vingt huict ~~...~~
~~...~~ quinze s. trois d.

A M. Johanne fardeau procuratore in minore foro iudiciali pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die Natalitio D. Johannis Baptistæ anno Dni. 1583. — xxxvj.

A Nobili viro M. francisco De Vigny urbis quæstore pro trimestri spatio ~~cent~~ reditus Centum libellarum finito die Natalitio B. Johannis Baptistæ 1582 — xxv.

Ab eodem pro pari spatio reditus decem libellarum finito die Natal. D. Johannis Baptistæ 1582 — ℓ.

A Petro Langlois sutore calceamentario pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die Natalitio B. Johannis Baptistæ 1583. — xii ℓ x.

A Bertrando De Verneuil pergamenario pro tribus annis reditus annui quinquaginta assium desitis die Natalitio Dni 1583. — vii ℓ x.

A M. Johanne fardeau procuratore in minore foro iudiciali pro tribus mensibus locationis ædium quas occupat finitis die Remigialium 1583. — xviij.

A Nobili viro M. francisco De Vigny urbis Quæstore pro trimestri spatio reditus centum libellarum finito die Remigialium anno Dni 1582 — xxv.

Ab eodem pro alio reditu decem libellarum — ℓ.

A Richardo Chaloys coquo pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die Remigialium anno Dni 1583. — xxij ℓ x.

Ab Johanne Gossu mercatore pro locatione semestri areæ posterioris scholarum finita die Remigial. 1583. — N.

A Petro Langlois sutore calceamentario pro tribus mensibus locationis ædium quas occupat finitis die Remigialium anno Dni 1583. — xij ℓ x.

Summa huius paginæ
huict vingt quatorze ℓℓ

Ab eodem pro religua persolutione summa xlvm^l. x s quam M. Gulielmo de Baillon Decanatu abeunte Facultati debebat ——————

A communitate Tonsorum Chirurgorum pro inscriptione in crastino D. Luce fieri solita 1583 —— C. s.

A M. Nicolao Des Bruyeres Tonsore Chirurgo pro adeptione Magisterii —— —— iii^l xii s vi d.

A Magistro Joh. Petit pro simili causa —— iii^l xii s vi d.

A M. Adriano Du puis pro simili causa —— iii^l xii s vi d.

A M. Helia Bardin pro simili causa ——

A M. Petro Funernel pro simili causa —— iii^l xii s vi d.

A M. Petro Cousin pro simili causa —— ——

Aliud ex Quodlibetariis disput.

A M. Geraldo Du pont —— —— vi^l x s vi d.

A M. Johanne Duret —— —— vi^l x s vi d.

A M. Francisco Poyrot —— —— vi^l x s vi d.

A M. Gabriele Dronyn —— vi^l x s vi d.

A M. Henrico Brisebarre pro bursis Baccalaureatus quas in tempore non persolverat —— —— xii^l.

Aliud Ex Vesperiis

A M. Jacobo Herault —— —— lx^l.

A M. Henrico Visrot —— —— lx^l.

Aliud Ex Doctoratibus.

A M. Jacobo Herault pro bursis —— lxx^l.

Ab eodem pro sacello —— —— xxx s

A M. Henrico Visrot pro bursis —— lxx^l.

Ab eodem pro sacello —— —— xxx s.

Summa huius paginæ trois cent vingt et douze — R

Aliud ex Pastillariis.

A M. Claudio Boynin ——— xxxix
A M. Stephano Du four ——— xxxix
A M. Johanne Le Moyne ——— xxxix
A M. Jacobo Herault ——— xxx

Summa huius ~~trente~~ six vingt ~~ll~~

Summa totius annotati neuf vingt trois ll six ß trois d

Ratio expensi ordinarij in priore Decanatu
M. Bonauenturae Grangerij Paris.
Reddita die Sabbathj 19. mensis Nouembris
1583

Primum expensum in rebus ad facultatem
pertinentibus.

M. Gulielmo de Baillou superiorj Decano pro
honorario à facultate constituto — vj^xx £.

Triginta quinque Doctoribus qui eodem D. De
Baillou rationes ordinarias anni prioris sui Decana-
tus reddente propter absentiam nihil acceperunt — Lxx £.

Symonj Hemon minorj apparitorj pro confectione
clauis iannae superiorum scholarum — — viii s

Fabro lignario pro refectione scamnj perfractj in
postrema anatome — Lvj s

Symonj Hemon pro lagenis vino & lignis insumptis
M. Gulielmo De Baillon rationes ordinarias reddente — C. iiij s

Eidem pro Cereis distributis in festo purificationis
B. Mariae — Lxxviij £ ij s.

Quaestorj Nosocomij publicj pro reditu qui à facul-
tate singulis annis illj debetur — £ s

Quaestorj Coenobij S^tae Genouefes pro reditu qui à
facultate singulis annis illj debetur — xxix s v. d

Typographo à quo empta sunt exemplaria Gallica
& Latina consiliorum a collegis nostris scriptorum
pro praeuenienda peste, quae obtulit Decanus praefectis
Politiae Parisiensis. — xxxv s.

M. Johannj Coulomp, procuratorj facultatis in
minore foro iudicialj pro annuo stipendio sibi debito
in die Natalitio B. Johannis Baptistae — — C. s.

Summa huius paginae
Deulx cent quatre vingt sept £
quatre ß 6 d.

Left margin: — xxx / xxxix / — xxxix / — xxx / trois d

Septuaginta quatuor Doctoribus & viij Apparitori in die Festo B. Lucae de more arripientibus capitatum vnum —— Liiij.ᶠ vj

Jisdem pro distributo singulis asse vno —— Lxxvj

Fabro ferrario pro confecta sera claudendae ianuae scholarum inferiorum causa. —— xlvij

Aliud in missis & refusionibus.

Sabbatho vltimo mens. Nouembris pro refusionibus xlvij
Sacerdotibus pro celebratis missis —— C. vj
Sabbatho vltimo mens. Decembris pro refusionibus xxxj
Sacerdotibus pro celebratis missis —— vjᶠ
Sabbatho vltimo mens. Ianuarij pro refusionibus Lxiij
Sacerdotibus pro celebratis missis —— vjᶠ v
Sabbatho vltimo mens. februarij pro refusionibus — xxvij
Sacerdotibus pro celebratis missis —— lx
Sabbatho vltimo mens. Martij pro refusionibus — Lij
Sacerdotibus pro celebratis missis —— viijᶠ
Decima quinta mens. Aprilis in obitu M. Michael de Colonia —— viijᶠ xij
Sabbatho vltimo mens. Aprilis pro refusionibus — xxxvij
Sacerdotibus pro celebratis missis —— vjᶠ xvij
Sabbatho vltimo mens. Maij pro refusionibus xxiij
Sacerdotibus pro celebratis missis —— Lxxij
Sabbatho vltimo mens. Iunij pro refusionibus xxxvj
Sacerdotibus pro celebratis missis —— vjᶠ viij
Sabbatho vltimo mens. Octobris pro refusionibus Lxvj
Sacerdotibus pro celebratis missis —— ixᶠ x
M. hieronymo Varadaeo pro refusionibus huius anni. xlj
M. Nicolao Lambert professori Medicinae pro refusionibus huius anni —— xlj
M. Johanni Riolent professori pharmaciae Idem — xlj

Summa huius paginae
Cent trente neuf li xiij s [illegible]

Aliud in conventibus universitatis.

In pompa funebri illustriss. viri Christophori Thuani primi curiae praesidis de universitatis totius consensu, M. Nicolao Lambert qui Decano comes fuit — xxix s.
Decano duplum — — — £ viii s.
Duobus apparitoribus tantundem — £ viii s
In supplicatione extraordinaria Rectoris M. Blasii Martini ad D. Genovefes — C. xii s
In conventibus Mathurinensib. pro aperiendo nominandorum Catalogo & lustrandis collegiis ex Senatusconsu. — xxiiii s
In conventibus Mathurinens. pro constituendo die quo lustrarentur collegia, pro eoque audiendo libello supplice à Syndico facultatis artium Senatui oblato — xviii s.
In conventibus Mathurinens. pro claudendo nominandorum Catalogo, & dicenda sententia de rebus a collegiorum primariis propositis — — xxvi s
In supplicatione extraordinaria Rectoris M. Johann. Bonnoysin ad D. Genovefes — — iiii £ xvi s
In supplicatione ordinaria Rectoris M. Johannis Bonnoysin ad D. Germani Pratensis — — vi £ xiiii s
In comitiis Mathurinens. quibus convocati sunt omnes Academiae curiones & sacellani — — xxxii s
In Comitiis Mathurinens. pro sufficiendo D. Aubry Doctore Theologo in locum D. Dampmartin Doct. Theologi nuper defuncti Curionis D. Andreae — xxiiii s
In Supplicatione ordinaria Rectoris M. Claudii françois ad D. Jacobi de Marello — — C. xviii s
In Comitiis Mathurinens. pro resignatione admittenda Joh. Maraei & Joh. [illegible] Doupy librariorum in favorem Caroli Maraei & Nicolai Nivelly — xxvi s
In supplicatione ordinaria Rectoris M. Petri Dynet ad D. D. Lupi & Egidii — — iiii £ xviii s
In Comitiis Mathurinens. quibus actum est de differendis lectionibus in Academiae collegiis donec pestis saevire desiisset — — xx s

Summa huius paginae
quarante trois £ trezo s

B

In supplicatione extraordinaria Rectoris M. Andreæ Bartholomæi ad D. Martini Campensis —— C. ix

Aliud in Quodlibetariis disputationibus.

In Quodlibet M. Geraldi du pont Doctoribus novem — vi. x

In Quodlibetaria M. Joh. Duret Doctoribus novem — vi. x

In Quodlibetaria M. Francisci Poyrot Doct. novem — vi. x

In Quodlibetaria M. Gabrielis Drouyn Doct. novem — vi

Aliud in Vesperiis

In Vesperiis M. Jacobi Herault septuaginta et novem Doctoribus et duobus Apparitoribus horum singulis arripientibus capitatum unum —— Lviii. xiii

In vesperiis M. Henrici Viscot octoginta Doctoribus et duobus Apparitoribus horum singulis arripientibus capitatum unum — —— —— —— Lix. ix

Aliud in Doctoratibus.

In Doctoratu M. Jacobi Herault Septuaginta et quinque Doctoribus maiorum Emolumentorum capacibus horum singulis decem asses arripientibus — xxxvi

In Doctoratu M. Henrici Visrot Septuaginta et quinque Doctoribus maiorum Emolumentorum capacibus, horum singulis quindecim asses arripientibus —— —— Lv. xi

Aliud in Pastillariis

In Pastillaria M. Claudii Boyvin Septuaginta et novem doctoribus et duobus Apparitoribus horum, singulis dimidium capitatum arripientibus —— xxix. vi

In Pastill. M. Stephani Dufour Septuaginta et novem Doctoribus et duobus Apparitoribus, horum singulis

Summa huius paginæ [illegible] [illegible]

[illegible]

dimidium capitatum arripientibus ——— — —xxix.[l] viij[s] iiij[d]

In Pastillaria M. Johannis Le Moyne octoginta Doctoribus & duobus Apparitoribus horum singulis Dimidium capitatum arripientibus — — —xxix.[l] xiiij[s] vij[d]

In Pastillaria M. Jacobj Herault octoginta Doctoribus & duobus Apparitoribus, horum singulis dimidium capitatum arripientibus — — — — xxix.[l] xiiij[s] vij[d]

Summa huius paginæ quatre vingt huit [l] six [s] trois

Summa totius expensi huit vingt trente deux livres treze [s] unze [d]

Et summa recepti neuf vingt trois et sept solz trois [d]

Expansum superatur ab recepto summa de soixante unze et treze [s] quatre [d] minus debetur vt de facultis

Le Fevre

Steph. Tournebeuf

Philot

Perte Laurent

N. Lambert

Le chuuelier

Basin

Guyot

Beaurehan

Chaillou

Marchant

Marants

Hebere

Sadulier

Eheron

Estreau

Pleurs delamer

Le moyne

Lechim

Gibault

P. Laffite

Cappelin

Hirouet

Riolet

Rousson

Rebours

Decanatus secundus M. Bonauenturæ Grangerij Parisiensis.

ANNO Domini mill.° quingentes.° octogesimo tertio, die Sabbathi 5.a mensis Nouembris, conuocati sunt per schedulam doctores omnes in scholas superiores, quibus vbi gratias egisset Decanus pro Decanatus munere sibi delato anno superiore, significauit diem illum postulare ex pro more institutoque veteri, sibi in annum alterum prorogaretur decanatus: duoque professores vnus quidem Medicinæ alius verò pharmaciæ in eorum locum qui professionis suæ tempus expleuerant sufficerentur. Cum igitur Doctores quinque quibus eligendi munus de more deferri solet electionem suam per Hieronymum Varradeum antiquitatis iure vniuerso ordini renunti-assent, prorogatus est Decanatus M. Bonauenturæ Grangerio, prorogata quoque Medicinæ professio M. Nicolao Lambert, pharmaciæ verò magistro Henrico De Monantheuil. Sorte autem ducta obtigit Medicinæ professio M. Gulielmo Lusson, pharmaciæ vero M. Symeoni De Malmedy.

Disputationes Quodlibetariæ.

Die Iouis 26. mensis Ianuarij 1584. disputauit de Quodlibetaria extra ordinem M. Henricus Vicrot Respondente Iohanne Duret Parisiensi de hac quæstione

An hydropi ab Hepate phlebotomia & paracentesis?

In hac disputatione prima pro more antiquo recitata sunt nomina & cognomina singulorum Doctorum regentium ab Iacobo Fardeau Facultatis bidello maiore eo qui sequitur ordine :—

M. Hieronymus de Varades, Medicus Regius.
M. Petrus Colier.
M. Gerardus Denisot.
M. Olivarius De Violaines.
M. Johannes Huonet.
M. Nicolaus Jacquart.
Obiit die 25. Maij 1584. M. Symon Pietre.
M. Petrus Laffile.
M. Ludovicus Duret, Medic. et professor regius.
10 M. Gulielmus Robineau
M. Ludovicus Corbin.
obiit die 9. ~~Mart~~ Novemb. 1584. M. Johannes Stellatus.
M. Marcus Myron primarius regis Medicus.
M. Petrus Touzet.
M. Johannes Rochon
Obiit die 12 Augusti 1584. M. Petrus Ravin.
M. Mauricius De la Corde.
M. Johannes Liebault.
M. Stephanus Gourmelen.
20 M. Claudius Rousselet
Obiit die 22. Septembr. 1584. M. Johannes Le Conte professor Regius
M. Augustinus Frondebœuf
M. Petrus Girous?.
M. Albertus Le Feure.
Obiit die 18. Aprilis 1584. M. Symeon de Malmedy Eloquentiae regius professor
M. Ludovicus Thibault.
M. Gulielmus De la Barre.
M. Gulielmus Cappel.
M. Philibertus Landenot.

M. Michaël Marescot.
M. Johannes faber Regius professor
M. Martinus Girard.
M. Lazarus Thenot.
M. Euvertius Arragon
M. Anthonius Du val
M. Henricus De Monanthemil Mathem. professor regius.
M. Petrus De la bistrade. Obiit die 15 Junij 1584.
M. Martinus Akakia Chirurgiæ Regius professor.
M. Gulielmus De Baillou.
M. Nicolaus Milot.
M. Nicolaus Ellain.
M. Hugo Drenosteau.
M. Henricus Blacuod.
Magist. Claudius Bazin.
M. Andræas Du breuil.
M. Johannes Martin.
M. Bonauentura Grangier Decanus.
M. Bartholomæus Perdulcis.
M. Claudius Rebours
M. Petrus de la mer
M. Jacobus Marand.
M. Johannes Le pescheur.
M. Sulpitius Rigault.
M. Johannes Haultin.
M. Johannes Riolant.
M. Johannes Beauchesne.
M. Egidius Heron.
M. Gulielmus Lusson.
M. Nicolaus Lambert
M. Franciscus Du port.

M. Germanus Courtin.
M. Nicolaus Marchand.
M. Iulianus Beré.
M. Dominicus Bourgoing.
M. Ludovicus Dreux.
M. Claudius Fauvelet
M. Johannes Cosereau.
M. Philippus Harduyn⁹ de S. Jacques.
M. Claudius Boiuyn.
70 M. Stephanus Du four.
M. Johannes Le moyne.
M. Jacobus Herault.
M. Henricus Visrot.
74 M. Georgius Cornuty.

Die Iovis 9 mensis februarij 1584 disputatum de Quodlibetaria extra ordinem M. Georgius Cornuty Respondente francisco Poirot Lotharingo de hac quaestione,

An praegnanti tutior venae sectio quam purgatio.

Disputationes Cardinalitiæ

Die Iovis 15ª mensis Martij[+] disputavit de Cardi- [±] 1584.
nalitia quæstione M. Franciscus Peyrot Lotha-
ringus, præside M. Guilielmo Robineau. Fuit
autem quæstio talis. An Scrofulositatis gentilitiæ &
venereæ eadem curatio.

Die Iovis 19. mensis Aprilis 1584. disputavit
de Cardinalitia quæstione M. Johannes Duret
M. Johanne Martino vices gerente M. Ludovici
Dureti patris, cui ordinis scholæ ratione ut dispu-
tationi præficeretur obtigerat,. Fuit autem quæstio
talis. An Criticorum[x] dierum periodi à numeris
vel ab astris.

Vesperiæ

Die Iovis 29 Decembris 1583. disputavit de vesperiarum quæstione M. Georgius Cornuty, præside M. Lazaro Thenot, qui Candidato Medicinæ quæstionem hanc proposuit enodandam, An purgantia medicamenta Dysentericis? Alteram verò in utramque partem agitavit M. Martinus Girard quæ fuit, An alimenta celeriter nutrientia Dysentericis? quam terminavit prædictus M. Georgius Cornuty.

Die Iovis 30 mensis Sextilis 1584 disputavit de vesperiarum quæstione M. Iohannes Duretus præside M. Ennertio d'Arragon qui candidato Medicinæ quæstionem hanc proposuit enodandam. An ex ciborum delectu ingeniosiores? Alteram verò in utramque partem agitavit M. Lazarus Thenot quæ fuit, An Melancholici Ingeniosiores? quam terminavit prædictus M. Iohannes Duretus.

Doctoratus

Die Martis 10 mens. Januarij 1584. inter Doctores adscriptus est M. Georgius Cornuty praeside D. Lazaro Thenot. Proposuit autem ille, M. Johanni Martino quaestionem hanc dissoluendam, An vini meraci potio Catarrho? Alteram vero praeses M. Martino Girard quae fuit, An victus humidus Catarrho?

Die Martis 4 mensis Septembris 1584. inter doctores cooptatus est M. Johannes Duretus praeside M. Ennuntio d'Arragon. Proposuit autem ille M. Bonaventurae Grangerio Deramo quaestionem hanc soluendam, An malignis morbis victus plenior? Alteram vero praefector M. Lazaro Thenot, quae fuit An malignis morbis sanguinis detractio?

Antequodlibetariæ disputationes quæ Pastillariæ appellantur.

Die Martis 24. mensis Januarij 1584. disputauit de Pastillaria M. Henricus vifrot, et proposuit quæstionem hanc Candidato Medicinæ An Balneum febribus curandis vtile? Alteram verò quæstionem M. Martinus Girard definiendam proposuit M. Claudio Rebours M. Andreæ Du Breuil vices gerenti, quæ fuit, An Balneu valetudini conseruandæ vtile?

Die Martis 7a mens. februarij 1584. disputauit de Pastillaria M. Georgius Cornuty, et proposuit quæstionem hanc Candidato Medicinæ An Superdormiendum à pharmaco? Alteram verò quæstionem M. Lazarus Thenot vtrumque agitatam definiendam dedit M. Johanni Mart. quæ fuit, An statim refectioni studendum à pharmaco?

Comitia facultatis

Die Sabbathi 12 mensis ~~[illegible]~~ Novembris sacris peractis Rogavit facultatem M. Gulielmus Duson ut à professione Medicinae quae sibi obtigerat cum prorogatus fuisset Decanatus M. B. Grangeno, excusaretur, quod negotiis quibusdam implicatus munus illud obire non posset, petiitque ut in locum suum sufficeretur M. Nicolaus Mercator. Quod annuentibus omnibus qui tum aderant factum est.

Die Sabbathi 19. eiusdem mensis reddita sunt rationes accepti & expensi ordinarii à Decano: quibus auditis & probatis decreti sunt illi quadraginta aurei nummi solares pro laboribus quos anno superiore pertulerat in rebus facultatis obeundis. Singulis autem Doctoribus ex reliquiis rationum pro auditione datus est capitatus argenteus.

Die ~~[illegible]~~ Sabbathi 28. mensis Ianuarii, indicta sunt per schedulam comitia in scholas superiores pro retinenda consuetudine distribuendorum cereorum sacro die purificationis D. Virginis, & eligendis examinatoribus futurorum Baccalaureorum. Placuit universis qui aderant cereos more solito distribui: Sortis autem ducendae ratione servata quae in Decanatu M. Symonis Petrei instituta est, ex maiori ordine examinatores renunciati sunt M. Symon Petreius, M. Johannes le Conte. ex minori M. Claudius Bazin, M. Claudius Rebours.

His comitiis excusavit se apud facultatem M. franciscus Poirot Baccalaureus quod per totos sex menses abfuisset in morbum patris gravem & diuturnum causam absentiae suae reiiciens; rogavitque facultatem ut cum bona omnium venia sibi liceret per id tempus quod ad Medicinae curriculum absolvendum superarat de quaestione Quodlibetaria & Cardinalitia respondere, quo ad honorum gradus quos discipulis suis conferre solet quum tempus advenisset aditum haberet. facultas verò eo increpato respondit

se benignè cum illo agere velle, non tam illius causa, quàm propter scholarum silentium: proindeque permittere vt Quaestionem Quodlibetariam poneret dummodò ante Quadragesimam id faceret. Cardinalitiam verò cum idoneum tempus nactus fuisset. Voluit autem concessionem istam à Decano in commentarios referri ne posthac exemplum petendi inde sibi sumerent Baccalaurei.

Die Iouis 2a mens. februarij qui purificationi D. virginis Mariae sacer erat post peractam rem diuinam quidam nomine Poisse libellum supplicem facultati obtulit, quo aiebat pharmacopolam quendam noie Ponsla... dato vxori suae Opio inconsulto medico ad somnum infantulo sex hebdomadarum, infantulum ad mortem praecipitasse; postulabátque à facultate vt quoniam non sua tantum causa sed et publica ageretur, facultas in suam causam descenderet. Quo audientibus omnibus perlecto Decreuit facultas vt Decanus se non solùm adiungeret huic causae, sed etiam eam vt publicam susciperet et persequeretur contra praedictum pharmacopolam suis impensis.

Die Lunae 21. mens. februarij indictis in scholas superiores Comitiis à Decano, supplicauit M. Gabriel Drou... Baccalaureus vt daretur venia diuturno tempori quo à scholis abfuerat, absentiae suae causam conferens in morbum fratris diuturnum, quo tandem diem suum obierat. Ille de consensu fere omnium culpae veniam impetrauit; partim quia legitimam iudicaretur absentiae suae causam protulisse: partim etiam, quia habere ratio exigui numeri Baccalaureorum, ob quem Scholarum splendor pristinus maxima ex parte amissus videbatur. His Comitiis Pharmacopaeus ille quem de mandato facultatis Decanus apud praetorem in iudicium adduxerat ob eam causam quae superioribus comitiis exposita fuerat, supplex facultatem orauit

et sibi ignosceret, quòd per imprudentiam id commisisset cuius reus agebatur. Huius quoque nomine apud facultatem intercessit M. Johannes Liebault collega noster. facultas ne authoritatem suam imminui pateretur quae Senatusconsultis & Edictis praetoriis nititur, quibus cautum erat pharmacopaeis ne iniussu medici cuiquam medicamentum ullum porrigerent decrevit ut Decanus renovandum curaret edictum Praetorium, cum pharmacopaeo vero quantum facultatis commodo fieri posset benignè ageret. Die igitur Mercurii 29. februarii renovatum est edictum praetorium iisdem cautionibus quae olim appositae fuerunt.

Die Sabbathi 17 mens. Martii convocatis à Decano doctoribus in scholas superiores quinque medicinae Candidati qui octo ante diebus pro examine supplicaverant, tempus suorum studiorum probarunt productis literis adepti ante quadriennium magisterii in artibus, & schedula à quatuor doctoribus qui ab anno 1580, ad hunc usque diem Medicinam in scholis professi fuerant obsignata. Candidatorum nomina haec fuerunt.

Symon Pietre Diaecesis Parisiensis.
Arnulphus de Lisle Diaecesis Parisiensis.
Nicolaus Iabot Diaecesis Rhemensis.
Johannes Groult Diaecesis constantiensis.
Aegidius Girard Diaecesis Carnotensis.

Die vero Martis proximè sequenti examine tentati sunt.

Die Sabbathi 23. eiusdem mensis convocati sunt per schedulam doctores omnes in scholas superiores ut audirent examinatorum iudicium de eruditione candidatorum Medicinae qui paulò ante examini se subierant. Cum igitur M. Symon Petraeus examinatorum antiquiss. pro antiquitatis iure suorum collegarum sententiam universo ordini retulisset, quae eiusmodi erat, ut candidatos omnes egregiam in medicinae studio navasse operam verè affirmare possent

proindeq̃ dignos existimare quos Baccalaureorum numero adscriberet facultas, ad Baccalaureatum omnes admisit, praestitis omnibus quae ad eum gradum consequendum praestari in more positum est.

Die Sabbathi XII. mensis Maii connocatis per schedulam doctoribus in scholas superiores dimissi sunt è schola Baccalaurei duo ad examen quod in Doctorum domibus singulis fieri solet ante Licentiarum gradum. His comitiis supplicauit M. Claudius Bazin qui inter pharmaciae professores nominatus fuerat die 5a mensis Nouembris qua lectores scholarum renuntiati fuerant ut in defuncti M. Symeonis Malmediani Pharmaciae professoris locum sufficeretur. Cum autem in partes varias distractae fuissent sententiae, quòd existimarent nonnulli munus istud à Decano exerceri oportere donec eligendorum magistratuum tempus aduenisset: alii differri non oportere electionem quam nouus casus efflagitaret, Decanus ne priuatis commodis fauere videretur, nomina M. Egidii Heron, & M. Claudii Basin in galerum qui loco vrnae fuit coniici curauit, ductaq̃ sorte M. Claudium Bazin Pharmaciae professorem eâ conditione renuntiauit, ut quinq̃ menses qui supererant tantùm vsq̃ ad diem festum Sanctorum omnium, quo de eligendis & prorogandis magistratibus agitur, pro anno integro computarentur.

Die veneris 18 eiusdem mensis connocati sunt Doctores in scholas superiores pro admittendis

ad Licentiæ gradum Baccalaureis duobus. Qua de re priusquàm sententiæ rogarentur, Decanus cum illis egit de minuendis sumptibus qui in tragemata fieri solebant, quò honori ordinis nostri & Baccalaureorum commodis consuleretur. Omnium qui adfuerunt consentientibus suffragiis, admissi sunt ad licentiæ gradum consequendum Baccalaurei duo: sumptus autem qui in tragemata fieri solebant illorum voluntati permissi sunt, ea conditione vt si sumptus nullos facerent istud in exemplum posthac ne duceretur, quòd exigui numeri habita ratio fuisset.

Die Lunæ 18. Iunii per Academiæ Parisiensis Cancellarium Licentia donati sunt duo illi Baccalaurei qui pridie per paranymphum ad hunc honoris gradum de more vocati fuerant. Illorum autem hæc fuerunt nomina M. Iohannes Duret.
M. Gabriel Drouyn.

Die Iouis xix. mensis Iulii indicta sunt per schedulam priuata comitia in ædes M. Hieronymi Varradæi antiquioris magistri, vt à deputatis consilium caperet Decanus super postulatione M. Georgii Cornuti Doct. medici quæ eò spectabat vt facultas à Decano redimi pateretur illius pecuniâ censum annuum centum libellarum, qui debebatur M. Iohanni Gueffier supremæ curiæ patrono, pro dimidia parte domus quæ M. Iohanne Rochon Decano empta fuerat, seq. in locum præfati M. Ioh. Gueffier substitui, sicq. in posterum censum illum à facultate quotannis recipere, quod huic optabilius esse deberet sibi cum collegarum aliquo rem esse quàm cum extraneo. Deputatorum nomina fuerunt M. Hieronymus de Varrades, M. Stephanus Gormelen, M. Iohannes Le Conte, M. Martinus Girard, M. Lazarus Thenot, M. Henricus de Monantheuil M. Hugo Prenosteau, M. Petrus de la mer, M. Sulpitius Rigault, a quibus in eam sententiam itum est vt

quoniam sine facultatis damno id quod propositum fuerat perfici facilè poterat (cuius parum intererat cui census annuus centum libellarum persolueretur) M. Georgij Cornutj pecuniâ redimeretur à Decano census ille, hincque coram notariis publicis de accepta illa pecuniâ fidem faceret Decanus, ut in locum praefati M. Johannis Gueffier substitueretur M. Georgius Cornuty: ea tamen conditione ut impensas omnes ad eam rem necessarias faceret. Perfecta res est die Martis xxiiii. mensis Iulij 1584 coram notariis publicis Chappellain & Du Bois.

Die Iouis xx mens. Septembris indicta sunt publica comitia per schedulam in scholas superiores de mandato praefectorum Politiae parisiensis ut ex medicorum ordine eligeretur aliquis qui peste correptorum curam gereret. Verùm quoniam ex commentariis facultatis constitit delusos semper fuisse qui tantum discrimen subiissent, pecuniâ quae mercedis loco promissa fuerat, vel omnino, vel magnâ ex parte non persolutâ, respondit facultas sibi non licere aliquem ex suo ordine nominare qui se peste correptis deuoueret, obnixè tamen rogare ut proponerent honestum praemium, ut in caeteris urbibus fieri solet, sicque non dubitare quin aliquis praesens periculum alacriter subiret. Haec autem responsio per Decanum scripto significata fuit Praefectis politiae parisiensis in conuentu publico die Martis 2. mensis Octobris. Qua de re cum amplius deliberandi spatium sumpsissent Praefecti Politiae Paris. polliciti sunt se Decano

significaturos quid consilij super ea re cepissent.

Die veneris 5. eiusdem mensis significatum est Decano ab amplissimo Senatus principe Achille Harlaeo instanti visum fuisse praefectis politiae Paris. ordinis nostri petitionem: Quare optare maximè ut duo quamprimum peste correptorum curam susciperent, paratósque esse cum illis pacisci sub conditionibus ante propositis.

Die Lunae 8. mens. Octobris indictis per schedulam comitiis, in scholas superiores convenerunt frequentes Doctores, quibus Decanus recitavit id quod antea gestum fuerat ut impetrarentur iusta & perpetua stipendia medicis qui peste correptorum curam susciperent: ut si quis eas conditiones arripere vellet nomen suum profiteretur. Ex illorum qui aderant numero obtulit se M. Philipp. Harduynus De S. Jacques si sua opera uti vellet Respubl. dum aliquis alius inveniretur qui idem onus subiret.

Die Martis XVI. eiusdem mensis Decanus adiit praefectos politiae Parisiensis ut cum illis ageret de formula qua paciscendum esset cum eo qui operam suam aegris peste correptis pollicitus fuerat. A quibus cum intellexisset tempora Reipubl. non ferre ut summa quadringentorum coronatorum pestilenti constitutae medico qui se peste correptis devovisset persolveretur, ducentorum verò salubri, unaque Domus loco opportuno constitueretur (id enim honorarij loco ab illis petitum fuerat) sed rationem comparandae pecuniae adinventam de qua hieme proxima certi aliquid definiretur, infecto negotio discessum est, résque in annum proximũ reiecta.

Die Iovis XVIII eiusdem mensis qui B. Lucae sacer erat convenerunt de more doctores prope omnes in scholas superiores quibus post rem divinam peractam obtulit libellum supplicem ab Iohanne Stellato collega nostro ad se missum quo facultatem

125.

1 eo die. obnixe rogabat ~~[illegible]~~ vt pecunia illa quae a doctoribus viritim distribui solet, beneuolentiae & pietatis ergo sibi erogaretur, quod partim morbi quo detinebatur diuturnitas, partim violata fides à praefectis politiae quo tempore se peste correptis deuouerat se in summam rei familiaris angustiam coniecissent. Quo audito omnium qui aderant vnanimi consensu concessa est illi ea pecunia quam efflagitabat: admonitus est tamen Decanus vt particulatim distribueret eam pecuniam ob certas causas quas hic commemorare necesse non fuit.

iuramentum tonsorum. Die sequenti pro veteri consuetudine celebratum est sacrum pro defunctis doctoribus collegis nostris: quo peracto Tonsores Chirurgi consuetum iusiurandum praestiterunt coram Decano & omnibus qui rei diuinae interfuerant.

Granier

Comitia vniuersitatis.

Die Martis 6. mens. Decembris qui D. Nicolao sacer erat ab omnibus Academiae ordinibus et Rectore conuocatis iusta funeris persoluta sunt Reuerendiss° et Illustriss° Cardinali Renato Birago franciae Cancellario qui diem suum obierat in Coenobio D. Catharinae de valle Scholarium, in cuius templo cum solenni pompa apparatu tanto quantus optari potuit sepultus est iuxta valentiam Balbianam coniugem Charissimam.

Die Jouis XV. eiusdem mensis indictis apud Mathurinenses comitiis decreta est supplicatio ordinaria Rectoris M. Andreae Bartholomaei ad regiam aedem Nauarrae. Cum autem morbo implicatus supplicationi ipse interesse non posset, quaesitum est quis vices absentis gerere deberet, aliis procuratorem nationis Gallicanae ad hoc munus poscentibus, quòd in comitiis publicis pro facultate artium vnus coram Rectore dicere soleret, aliis verò eum qui Rectoratu nuper functus fuerat efflagitantibus vt dignitati academiae consuleretur. Tandem cum efflueret tempus altercando, maximae parti eorum qui aderant visum est vt procurator nationis Gallicanae absentis Rectoris vices gereret, ea conditione ne factum hoc in exemplum alias traheretur si quid simile aliquādo contingeret, postulauitque sibi Academiae procurator vt decretum hoc in commentarios Academiae referretur.

Die Jouis vª mensis Januarij 1584. indictis à Rectore comitiis apud Mathurinenses deliberatum est primò de aperiendo nominandorum Catalogo; secundo de accelerandis rationibus quaestoris Academiae: tertiò de substituendo aliquo in locum Rectoris quoties hunc vel morbo, vel graui negotio impeditum à comitiis abesse contingeret, vt contentionis quae postremis comitiis orta fuerat occasio in posterum tolleretur. Omnium autem ordinum consensu in comitiis statutum est primò, vt aperiretur nominandorum—

dorum catalogus: secundo ut quoniam cum superioris quaestoris vidua coram Praetore Parisiensi iudicio certabatur, quo cogeretur ad rationes mariti sui reddendas, procurator fisci Academiae omnem operam adhiberet ut quam citissime fieri posset, negotium illud ad exitum perduceretur. Tertio ut quoties Rector Academiae morbo aut alio gravi negotio impeditus à comitiis abesse cogeretur, huius vices gereret qui ante suum Rectoratu perfunctus fuisset: qui si non posset,
* Decanus facultatis Theologiae illius subiret.

Die Sabbathi 22. mens. Januarii 1584. indicta sunt à Rectore privata comitia apud Grassinorum aedes in quibus de duobus articulis deliberatum est. Primus fuit de reformatione ordinum omnium Academiae. De cuius forma cum dubitaretur inter Academiae deputatos, quaesitum est an renovanda esset reformatio olim facta à Reverendiss.° Cardinali Totavillaeo anno Dni 1452. an vero temporis praesentis habenda ratio esset. Secundus fuit de coërcendis quibusdam vectigalium redemptoribus qui quod inter academiae nuntios olim cooptati fuissent illius privilegiis contra quam fas esset gauderent. Deputatorum sententia fuit, temporum calamitatem non ferre ut Cardinalis Totavillaei reformatio renovaretur: proindeque ex singulis ordinibus deligi oportere viros pietate et consilio insignes qui reformationis illius articulis diligenter perlectis quid tenendum aut quid immutandum videretur iudicarent, deinde ad Academiam referrent

Vectigalium autem redemptores quos ex nuntiorum num esse renuntiatum fuerat vocandos esse, ut Iureiurandi sacramento praestito responderent an vectigalia redimerent: quod si confiterentur ex nuntiorum Catalogo expungendos esse quia contra fidem Academiae datam facerent. Procurator fisci Academiae priusquàm comitia dimitterentur postulavit ut de more cereus Regi offerretur caeterisque regni proceribus qui in urbe adessent festo die Purificationis B. Virginis Mariae. Cuius postulationem gratam habuerunt omnes.

Die Sabbathi 4. mensis februarii indictis apud Mathurin. Comitiis suffectus est Thomas Perier in locum defuncti Nicolai Chesneau Librarii iurati ea conditione ut in Catholicam & Apostolicam Ecclesiam iuraret, nec libros ullos adulteratae doctrinae venditioni exponeret. Quod ideo factum est quia pater illius Calvinianam Doctrinam olim secutus fuisset. Quaesitum etiam est an nominari placeret viros aliquot ex singulis ordinibus pietate & consilio praestantes qui Academiae reformandae incumberent, ut Comitiis superioribus faciendum esse visum fuerat. Verùm re diligentiùs consyderata singulorum ordinum sententia fuit non esse attingendam reformationem à reverend. Cardinali Totavillaeo olim factam quòd authoritate summi pontificis facta fuisset: sed summa capita abusuum qui in Academiam irrepserant describenda, iisque visis deligendos ex singulis ordinibus viros aliquot, qui de illorum tollendorum ratione ad Academiam referrent.

Die Iovis xxiii februarii indicta sunt Comitia apud Mathurinenses pro claudendo nominandorũ Catalogo, proque ineunda ratione reformandae Academiae. Quibus propositis supplicavit Procurator fisci Academiae cuiusdam mercatoris nomine, nuntii munere fungentis,

vt Academia descenderet in caussam suam adversus publicanos à quibus in iudicium pertractus fuerat ob annonam, quam ex villa Lutetiam importari curaverat. Statuerunt omnes Academiæ ordines vt clauderetur nominandorum Catalogus: vt describerentur articuli qui continerent abusus qui in Academiam irrepsissent. Annuerunt quoque supplicationi procuratoris fisci, dummodo impensis mercatoris qui opem Academiæ imploraverat iudicio disceptaret.

Die Sabbathi xvii mensis Martij indictis apud Mathurinenses Comitiis suffectus est in locum patris sui Petri Drouart Librarij iurati Ludovicus Drouart, per resignationem. Iisdem comitiis cum rogasset procurator fisci singulos Academiæ ordines nomine ciuis cuiusdam Parisiensis qui agellum emerat cuius Londinia ad Academiam pertinebant, quòd in minore prato clericorum situs esset, vt statuerent quantum persolui vellent pro singulis libellis, placuit xx solidum Parisiensem Academiæ persolueret. Supplicauit etiam pro literis gradus cuius supplicatio rata habita est.

Supplic.° Die Martis 20 eiusdem mensis habita sunt apud Mathurinenses Comitia in quibus decreta est Supplic.° ordinaria M. Petri Hamelij Rectoris ad ædem D. Genouefæ, agendarum gratiarum caussa pro rebus ab illo in suo magistratu foeliciter gestis.

Die Sabbathi xxiiii eiusdem mensis indicta sunt apud Mathurinenses publica Comitia pro admittenda resignatione Iohannis de Hugueville religatoris iurati in fauorem filij Gulielmi de Hugueville: Item pro audienda singulorum sententia de postulatione ciuium aliquot Parisiensium qui filij

partem prati clericorum conredi postulabant, in qua ilemos extruerent, sub conditionibus de quibus conveniri oportebat. De omnium ordinum sententia resignatio Joannis de Hueneville grata habita est.: postulatio verò civium illorum ad deputatos transmissa est.

Die Martis xii mensis Aprilis indictis publicis Comitiis convenerunt apud Mathurinenses omnes Academiae Curiones & Sacellani qui beneficia possident quorum nominatio ad Academiae ordines per vices pertinet ubi nomine proprio unusquisque vocatus est ex vetere instituto Academiae.

Die Domini xiii. mensis Maii frequentibus Comitiis Mathurinensium decreta est supplicatio extraordinaria M. Nicolai Dadon Rectoris Academiae pro incolumitate invictiss. principis Francisci Valesii ad aedem D. Germani Pratensis.

Die Mercurii xx mensis Junii convocatis per schedulam omnibus Academiae ordinibus apud Mathurinenses decreta est supplicatio ordinaria M. Nicolai Dadon Rectoris Academiae pro agendis D. O. Maximo gratiis earum rerum causa quas in suo magistratu gesserat ad aedem D. Victoris.

Die Lunae xx eiusdem mensis parentatum est fortiss.o & invictiss.o principi Francisco Valesio Aleuronum duci Henrici regis Christianiss. germano qui apud Castellum Theodorici diem supremum paulò ante obierat: parentationisque Ceremoniae ad diem usque Mercurii productae quo ad urbem Sandionysiarum profecta est Academia cum omnibus magistratibus urbis ut pro illius anima Deo Omnipotenti qui nos filii sui sanguine redemit sacra faceret.

Die Mercurii xxii mensis Augusti indicta sunt à Rectore Comitia publica apud Mathurinenses in quibus Felix le Maignier omnium ordinum consensu suffectus est in locum

patris defuncti Roberti le Maignier librarij iurati postea quam legitimis testibus apud Rectorem probauit se Catholicam & Apostolicam religionem semper sequutum.

Suppl.° Die Dominj vii mens. Octobris publicis Mathurinensibus Comitiis decreta est supplicatio ordinaria M. Laurentij Boursset ad ædem Carmelitarum, ut Rectoribus omnibus magistratu abeuntibus fieri solet. In illis autem Comitiis conquestus est Rector quod cum multum temporis effluxisset ab obitu Gulielmj Merlin Librarij iuratj, is qui in illius locum suffici optabat diem Comitiorum protraheret in quo sufficiendus esset ut eo pacto Rectori ius suum eriperetur, & Nationum procuratoribus: postulauitque ut etiam si Magistratu abiret voce publica declararetur ius nominationis sibi & procuratoribus sub quibus obiisset librarius aut alius ex officiariis uniuersitatis acquisitum esse, idque in cæteris qui sequuturi essent valeret. Cuj postulationi ab omnibus Academiæ ordinibus assensum est.

Granovier

Magister Simon Pietre, Meldensis, Doctor Medicus Parisiensis, vir praestantissimus ac eximius, summorum et optimorum virorum, ~~patris~~ Simonis et Nicolai Pietreorum pater, viri clarissimi Ioannis avus, eruditissimae et illustrissimae ac saluberrimae facultatis Medicinae Parisiensis familiae princeps et author, multorum bonorum parens, foris honesta gloria dives, et domi liberis, obijt die 25. Maij, 1584. Quiescat in pace vir optimus.

Ratio accepti ordinarii in posteriore Decanatu M. Bonauenturæ Grangerii paris. reddita die Sabbathi xvii Nouembris 1584.

Acceptum primum.

Ex reliquis rationum ordinariarum à me redditarum anno priore mei Decanatus 1583. Lxxi ₶ xiii ſ iiii d

Acceptum secundum ex reditibus annuis facultatis.

Ab Johanne Gossu pro sex mensibus locationis areæ posterioris scholarum exactis die festo D. Remigii anni 1583 — x ₶

Ab eodem pro annuo spatio eiusdem locationis finito in die festo D. Remigii 1584. Nihil

A mag. Johanne fardeau pro tribus mensibus locationis ædium magnarum scholæ exactis die Natalitio Dni anni 1583 xviii ₶

A Petro Langlois in solutionem summæ quadraginta octo libellarum & decem assium quam M. Gulielmo de Baillou decanatu abeunte facultati debebat — — xv ₶

Ab eodem pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die Natalitio Dni 1583 xv ₶

Ab eodem pro nouem mensibus locationis ædium quas occupat exactis die festo Remigiali 1584 — Nihil

A Richardo Chaloys pro sex mensibus locationis ædium quas occupat finitis die festo Paschæ anni Domini 1584 — xxii ₶ x ſ

Summa 152 ₶ 3 ſ 4 d

Ab eodem pro sex mensibus locationis eiusdem finitis die festo Remigialium 1584 — Nihil.

A Nobili viro M. francisco De Vigny urbis Quaestore pro tribus mensibus annui reditus centum libellarum finitis die Natalitio Dni 1582. deducta decem dierum summa ex Calendario sublata xxij lt iiij s vij d

Ab eodem pro reditu decem libellarum eodem die desinente — xliiij s iiij d

Ab eodem pro novem mensibus annui reditus Centum libellarum finitis die festo Remigialium 1583 — lxxv lt

Ab eodem pro alio reditu eodem die desinente vij lt x s

A Magistro Sulpitio Rigault collega nostro pro sex mensibus locationis aedium magnarum scholae, finitis die festo Remigialium 1584 xl lt

A Nobili foemina Anna le Cirier vidua clariss. senatoris D. Courtin pro annuo reditu quinque libellarum exacto die Natalitio Dni 1583. — — — Nihil.

A communitate tonsorum Chirurgorum pro inscriptione fieri solita in Crastino B. Lucae 1584 — Nihil.

A Magistro Petro Cousin iij lt xij s vij d

A Magistro Helia Bardin Nihil.

A M. Johanne Bouillevault — Nihil.

Acceptum aliud à Baccalaureis

A Magistro Johanne Duret pro disputatione Quodlibetaria anni 1584 — — vi lt x s vij d

Summa huius pagellae 157 lt 1 s [illegible]

Ab eodem pro stipendiis lectorum & registro	Lxxvj s
A Mag. Francisco Poyrot pro disputatione Quodlibet. eiusdem anni 1584	vj lt x s vij d
A Mag. Gabriele Dronyn pro stipendiis lectorum & registro	Lxxvj s.

Ab iisdem licentiandis

A M. Johanne Duret pro iure bursarum	xxxv lt
Ab eodem pro mulctis irrogatis & praesentatione	xv lt x s
A Magistro Gabriele Dronyn pro iure bursarum	xxxv lt
Ab eodem pro mulctis irrogatis & praesentatione	xv lt x s.

Acceptum aliud à Candidatis Medicinae

Pro Anatome & schedulis non registratis.

A Mag. Symone Pietre parisiensi	vij lt iiij s vj d
A M. Arnulpho de Lisle parisiensi	vij lt iiij s vj d
A Mag. Nicolao Jabot Remensi	vij lt iiij s vj d
A Mag. Johanne Grouyt Constantiensi	vij lt iiij s vj d
A M. Aegidio Girard Carnotensi	vij lt iiij s vj d.

Ab iisdem ad Baccalaureatum admissis.

A Mag. Symone Pietre pro bursis Baccalaureatus	xij lt
A M. Arnulpho de l'Isle pro iisdem	xij lt
A M. Nicolao Jabot pro iisdem	xij lt
A Mag. Johanne Grouyt pro iisdem	xij lt
A M. Aegidio Girard pro iisdem	xij lt

Acceptum aliud à Doctoribus novis.

A M. Georgio Cornuty pro vesperiis	Lx lt
Ab eodem pro bursis Doctoratus	Lxx lt
Ab eodem pro sacello	xxx s.

Summa huius paginae 342 lt 15 s

A Mag. Ioanne Duret pro vesperiis — Lx lt

Ab eodem pro bursis Doctoratus Lxx lt

Ab eodem pro sarello — — xxx s

Acceptum aliud pro pastillariis

A M. Henrico visrot pro pastillaria xxxix lt

A Mag. Georgio Cornuty pro eadem causa xxxix lt

Summa huius pag. 209 lt 10 s

Summa totius accepti 801 lt 10 s 2 d

Le[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] deniers.

Lxx lb
Lxx lb
xxx s

Ratio expensi ordinarii in posteriore Decanatu
M. Bonauenturæ Grangerii Paris. reddita
die Sabbathi xvii Nouembris 1584.

Expensum primum in rebus ad facultatem
pertinentibus.

xxxix lb
xxxix
209 lb 10 s

Pro honorario mihi à facultate decreto quo die
rationes ordinarias prioris anni reddidi — vi^{xx} lb
Septuaginta & quinque Doctoribus & duobus bidellis
accipientibus singulis capitatum vnum ex reliquiis
rationum ordinariarum — Lvi lb x s vi d.

Quæstori Nosocomii publici pro annuo reditu qui
à facultate debetur die Natalitio Dni — L s
Quæstori Cœnobii D. Genouefæ pro annuo reditu
qui à facultate debetur die festo Paschæ xxix s iiii d.
Nicolao Deschamps minori apparitori pro cereis in
festo Purificationis D. Virginis distributis & aliis
impensis factis nomine facultatis — iiii^{xx} iiii lb xv s.
M. Johanni Coulomp procuratori facultatis in minore
foro iudiciali pro annuo stipendio persoluto in die
Natalitio D. Johannis Baptistæ C. s.
M. Johanni Stellato collegæ nostro pro munere
quod à facultate in hunc collatum est ex ea
pecunia quam die sacro D. Lucæ viritim
distribui in more fuit. ——— xviii lb
Duobus apparitoribus die festo D. Lucæ de
more capitatum vnum accipientibus xx[illegible]ix s.

Expensum alterum in Quodlibetariis
disputationibus

In Quodlibetaria disput. M. Johannis Duret vi lb x s vi d.

Summa huius paginæ
[illegible] lb [illegible] iiii s
iiii d.

In Quodlibetaria disputatione M. francisci Coyrot doctoribus disputantib^s vj^{tt} x s. vj d.

Expensum aliud in actu Licentiarum.

Sexaginta & quinque Doctoribus maiorum emolumentorum capatibus pro iure bursarum accipientib^s singulis underim solidos xxxv^{tt} xv s.

Septuaginta Doctoribus pro confectione rotuli in die Licentiarum nouem asses accipientib^s xxxi^{tt} xix s.

Expensum aliud in Vesperiis

In vesperiis M. Georgij Cornuty septuaginta & quatuor Doctoribus & duobus apparitoribus horum singulis capitatum vnum accipientibus Lv^{tt} ij s.

In vesperiis M. Johannis Duret septuaginta & duobus Doctoribus & duobus Bidellis horum singulis capitatum vnum accipientibus Liij^{tt} xij s.

Expensum aliud in Doctoratibus.

In Doctoratu M. Georgij Cornuty septuaginta doctoribus maiorum emolumentorum capatibus singulis quinderim asses accipientib^s Lij^{tt} x s.

In Doctoratu M. Johannis Duret sexaginta & sex doctoribus maiorum Emolumentorum capatibus singulis quinderim asses accipientibus xLix^{tt} x s.

Expensum aliud in Pastillariis

In Pastillaria M. Henrici Visrot septuaginta & quinque Doctoribus & duobus apparitoribus singulis dimidium capitatum accipient^s xxvij^{tt} xviij s. iij d.

Summa precedentis pagine [illegible]

In pastillaria M. Georgij Cornuty septuaginta & sex Doctoribus & duobus apparitoribus singulis dimidium capitatum accipientibus — xxviij^tt v s vj d.

Expensum aliud in missis & refusionibus.

Sabbatho ult°. mensis Novembris pro refusionibus xxiiij s
Sacerdotibus pro sacris peractis — C. xviij s.
Sabbatho ult° mensis Decembris pro refusionib^s. xxviij s.
Sacerdotibus pro sacris peractis — vij^tt xvij s
Sabbatho ultimo mens. Januarij pro refusionibus Lxvij s.
Sacerdotibus pro sacris peractis — C. xviij s
Sabbatho ult°. mensis Februarij pro refusionibus xxvj s
Sacerdotibus pro sacris peractis — vij^tt vij s.
Sabbatho ult°. mensis Martij pro refusionib^s. xL s.
Sacerdotibus pro sacris peractis — C. viij s
Die 15. mens. Aprilis in obitu M. Michaëlis De Colonia vij^tt xvj s
Sabbatho ult°. eiusdem mensis pro refusiob^s. xlv s.
Sacerdotibus pro sacris peractis — C. viij s
Sabbatho ult° Maij pro refusionibus xxvj s.
Sacerdotibus pro sacris peractis — iiij^tt xiiij s
Sabbatho ultimo mens. Junij pro refusionibus xxx s.
Sacerdotibus pro sacris peractis — C. iiij s
Mensibus Julio Sextilj & Septembrj Nihil.
Sabbatho ultimo mens. Octobris pro refusioib^s. Lviij s.
Sacerdotibus pro sacris peractis — viij^tt x s.
Mag. Hieronymo De Varrades pro refusionibus totius annj antiquitatis ergo — xL s.
M. Henr. De Monantheuil professorj pharmatiae pro refusionibus duorum annorum — iiij^tt

Sūma huius paginæ
C^tt iij lb vj d.

M. Nicolao mercatori scholarum professori pro eadem causa — — xl s.

M. Nicolao Lambert scholarum professori pro eadem causa — — xl s.

Expensum aliud in conventibus Academiae publicis.

In exequiis Illustr. Cardinalis Renati Biragi Franciae Cancellarij M. Jacobo Marant qui Decano comes fuit — xxx s.

Decano duplum — iij tt

Duobus Bidellis tantundem — iij tt

In supplicatione ordinaria Rectoris M. Andreae Bartholomaei ad aedem Navarrae — C. xiiij s.

In Comitiis Mathurinens. pro aperiendo nominandorum Catalogo — — xxx s.

In Comit. Mathurinensib. pro deligendis aliquot honoratis viris qui Academiae reformandae incumberent — — xx s.

In Comitiis Mathurinens. pro claudendo nominandorum Catalogo — — xxvij s.

In Comitiis Mathur. pro admittenda resignatione librarij cuiusdam noie Dronart & aliis xxxiij s.

In supplicatione ordinaria Rectoris M. Petri Hamelij ad D. Genovefes — C. viij s.

In Comitiis Mathurinens. pro resignatione admittenda Johannis de Hugneville religatoris iurati & aliis — — — xxv s.

In Comitiis Mathurinens. quibus convocati sunt omnes Academiae curiones & sacellani — xxj s.

Summa huius paginae

CCC tt C iiij s.

In supplicatione extraordinaria Rectoris M. Nicolai Dadon ad D. Germani Pratensis — C. v s
In supplicatione ordinaria Rectoris eiusdem ad aedem D. Victoris — vj lt xij s
In Comitiis Mathurinensibus pro admittenda presentatione Librarii cuiusdam nomine Le Magnier in locum patris defuncti — xx s
In supplicatione ordinaria Rectoris M. Laurentii Bourseret ad aedem Carmelitarum — C. xiiij s.
In exequiis fortissimi principis Francisci Valesii Ducis Andium viginti & duobus doctoribus & duobus bidellis qui per duos dies pompae funebri interfuerunt, singulis viginti asses pro quolibet die accipientibus — xLv lt
M. Nicolao Lambert qui Decano comes fuit ad urbem Sandionysianam cum eidem principi parentatum est — iij lt
Decano duplum — vj lt
Duobus bidellis tantundem — vj lt.

Summa huius paginae
[illegible] lt vj s.

Summa totius recepti est huict cens trente huict livres huict sols [illegible] deniers.

Acceptum itaque superat summam recepti de [illegible] lt [illegible] s vij d.

Hae rationes sunt auditae et ~~[illegible]~~ et ratae habitae die Sabbathi xvij.a Novemb. 1584. et approbatae à ~~[illegible]~~ facultate, et subsignatae a doctoribus.

Marzolle — S. Le Feuvre — Grondiboeuf — [illegible signatures]

Arragonist

Belarmin

Cappellus

Cheron

de Monanthuet

Rousselet

de Baillou

Mirard

Bazin

Ratio accepti extraordinarij in Decanatu M. Bonauenturae Grangerij Parisiens. reddita die Martis xxvij Nouembris 1584.

A M. Jacobo Herault pro iure Doctoratus C. iiij^xx lt.
A M. Henrico Vissot pro iure Doctoratus C. iiij^xx lt.
A M. Georgio Cornuty pro iure Doctoratus C. iiij^xx lt.
A M. Johanne Duret pro iure Doctoratus C. iiij^xx lt.
A M. Iohanne Le pescheur pro reliqua persolutione summae sexaginta numorum aureorum quam pro iure Doctoratus facultati debebat — — C. xiiij^lt iij s. ix d.
A M. Sulpitio Rigault collega nostro pro refectione aedium maiorum scholae iuxta decretum facultatis iiij^C. Lx lt
A facultate ex collecta à singulis Doctoribus pecunia pro refectione aedium maiorum scholae iuxta decretum aliud facultatis — — iiij^C. Lx^lt vj s. ix d.

Summa accepti suprascripti est de quinze cens cinquante quatre lt deux s. sixt s.

Expensi extraordinarij ratio.

Doctoribus quorum nomina sequuntur, auditoribus rationum accepti et expensi extraordinarij in Decanatu M. Gulielmi De Baillon.

M. Hieronymo De Varades. iij ll.
M. Petro Colier. iij ll.
M. Joh. Le Gay iij ll.
M. Gerardo Denisot iij ll.
M. Olivario De violaines iij ll.
M. Nicolao Ellain M. Nicol. Magni nomine iij ll.
M. Henrico De Monantheuil iij ll.
M. Petro De La Bistrate iij ll.
M. Martino Akakiæ iij ll.
M. Nicolao Milot iij ll.
M. Gulielmo De Baillon rationes suas extraordinarias reddenti iij ll.

Decano vj ll.
Duobus Apparitoribus xxx s.
Famulo D. Varadæi pro laboribus x s.
M. Gulielmo De Baillon pro supplemento expensi extraordinarij xij ll. iiij s. iij

Scribæ Cænobiarchæ D. Genovefes pro appositis sigillis Cænobij acceptilationi factæ in Decanatu M. Jac. Carpentarij pro indemnitate Domus à facultate emptæ xx s.

Notario publico pro exemplari contractus initi cum Tonsoribus Chirurgis in Decanatu M. Claudij Rousselet xxx s.

Vide quittanciam D. Guessier patrono in suprema curia pro novem mensibus reditus centum libellarum quæ à facultate illi debentur exactis die Natalitio Domini anni 1582 Lxxv ll.

Summa huius pagine est de six vingts dix ll quatorze s et trois deniers

Eidem pro sex mensibus reditus eiusdem exactis die Natalitio D. Johannis Baptistæ 1583 — L. tt.

Eidem pro sex mensibus reditus eiusdem exactis die Natalitio Domini 1583. — L. tt.

Eidem pro sex mensibus reditus eiusdem exactis die Natalitio D. Johannis Baptistæ 1584. L. tt.

M. Thomæ Scourson professori medicinæ in scholis pro anno spatio professionis desinente die festo D. Martini 1582. — iiij^xx x tt

Eiusdem hæredibus pro quadrimestri spatio professionis exacto sub finem mensis februarij anno 1583. quo diem suum obiit — — — xxx tt

M. Egidio Heron professori Medicinæ in scholis pro semestri spatio professionis desinente die festo D. Martini 1582. — — xlv tt

M. Nicolao Lambert pro anno spatio professionis desinente die festo D. Martini 1583 — iiij^xx x. tt

Eidem in partem solutionis summæ triginta nummorum aureorum pro stipendiis vnius anni professionis desinentis die festo D. Martini. 1584 — xlv tt Icy sont deux xlv tt de reste

M. Nicolao Mercatori in partem solutionis summæ triginta nummorum aureorum pro stipendiis vnius anni professionis desinentis die festo D. Martini 1584. Lx tt Icy sont deux xxx tt de reste

Expensum aliud in refectionem ædium.

Latomis et Carpentariis qui ex edicto propraetoris Paris. visitarunt ædes nostras vt finis imponeretur liti quæ nobis erat cum M. Johanne fardeau xij tt

Ludouico Gorgeron Latomo pro aliis laboribus quos in eo negotio suscepit xxx s.

Johanni De Soissons Latomo pro instauratione muri collabentis, et reliquis rebus ab eodem ex pacto restitutis in maioribus ædibus scholæ — — iij^c iiij^xx xviij tt

Summa huius paginæ neuf cens vingt et [illegible] trois s. vng denier

Cxiij s i d.

Eidem Latomo pro latrinarum tubo & fornice aedium quas habitat Richardus Challoys instauratis. xviij lt

Jacobo Vino pro expurgatione earundem latrinarum quae ruinam fecerant xviij lt

Notario qui dimetiendis latomorum operibus interfuit eademque descripsit. xLv s.

Aegidio Gastebled tegulario pro tecto aedium integrato & additis imbricibus novis reliquisque rebus. C. xxvj lt

Johanni Soulas fabro tignario pro laboribus & tignis novis instaurandorum caminorum causa xviij lt xvj s.

Johanni Rigault viarum stratori pro stratura areae maioris scholarum & aulae aedium maiorum Lxix lt

Thomae Flesche fabro lignario pro fenestris tribus aulae aedium maiorum & cubiculis duobus superioribus appositis ———— Lix lt

Antonio Despres fabro ferrario pro seris clavibus & repagulis ad fenestras & januas claudendas — xLij lt

Richardo Meignan vitriario pro novis Luminaribus maiorum aedium & refectione Luminarium sacelli scholarumque superiorum & inferiorum Lxvij lt x s.

Expensum aliud in lite facultatis cum M. Johanne Fardeau.

M. Johanni Coulaup procuratori facultatis in minore foro iudiciali pro variis impensis ab eo factis in lite adversus M. Johannem Fardeau suscepta —. xxxvij lt ij s.

Summa. [illegible]
quatre cens soixante livres
sept [illegible]

Summa totius expensi quinzecens douze [illegible] quatre [illegible] deniers

Itaque summa accepti excedit summam expensi de la somme de quarante et deux livres six solz [illegible] deniers.

Hae rationes redditae fuerunt auditae et probatae.

a [illegible]

a doctoribus subsignatis in aedibus domini Vacao ei die Martis xxvij.a mensis Novembris 1584. Chamyssy

[illegible] Bazade Pelletier

de Violaines [illegible]

[illegible] Fernosteau

Blarnod

Bazin

Denisot

Granger

de Baillon

pro dno du bruil

Anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto
die Sabbathi tertio mensis Novembris festum omnium -
sanctorum proximè sequente, indictis à M. Bonaventurâ
Grangerio decano suo magistratu defungente per schedulam
pro more comitiis, doctores sub octavam matutinam in -
scholas superiores conveniunt, deliberatque de electione -
decani et lectorum. Placet eam servari electionis -
formulam, quae M. Symone Piètre decano instituta est, et
ab annis octodecim usurpata. Eligendi sors obvenit eruditissimis
viris MM. Ludovico Duret, Stephano Gourmelen, Lazaro -
Thenot, Juliano Beré, et Johanni Duret. Hi quinque viri datâ
prius fide praestari solitâ secedunt in sacellum divini numinis
auxilium in eo electionis munere obeundo imploratque: Postea
consentientibus suffragiis tres eligunt, quos existimant
decanatu dignos, duos quidem ex maiore ordine MM.
Albertum Lefeure, et Gulielmum Delabarre, et unum ex
minore Nicolaum Ellain: Nominationem et electionem trium
virorum probat facultas: eorum nomina suis seorsim -
tabellis in urnam mittuntur: ex quâ depromitur sorte -
primum nomen M. Alberti Lefeure, qui decanatum recusat,
itaque placet ex formulâ decerni in proximè sequentem ius
devolvi: ex urnâ educitur nomen Nicolai Ellain, qui decanus
renuntiatur, et ab universâ facultate confirmatur. His
dato ~~p~~ iureiurando à decanis praestari solito arripit à M.
~~pr~~ Bonaventurâ Grangerio decanatu abeunte librum statutorum
facultatis, et sigillum minus argenteum.

Eodem die à facultate prorogatur in annum medicinae professio
M. Nicolao Marchant, pharmaciae verò M. Claudio Bazin.
Sorte autem obvenit altera medicinae professio M. Johanni
Lemoyne, qui sufficitur in locum M. Nicolai Lambert: altera
verò pharmaciae professio M. Augustino Frondebeuf, qui
sufficitur in locum M. Henrici de Monantheuil.

Eodem die M. Antonius Capulanus diocesis Taurinensis
medicinae candidatus aliquas reddens rationes, cur cum

ceteris

ceteris medicinae candidatis sibi non licuerit tempestivè
adesse examini instituto mense Martio novissimè elapso
supplicat, ut sibi liceat novo examine tentari, et in ~~n~~
numerum baccalaureorum cooptari: Facultas
renuntiante Grangerio propter baccalaureorum
paucitatem Capuanum admittit ad examen eâ
conditione, ut hoc trahatur in exemplum, seu,
ut vulgò loquuntur, in consequentiam: Examinatores
eos vult esse, qui superiore mense Februario
sunt designati cum novo decano, sed in locum
defunctorum M. Symonis Pietre, et M. Johannis
Leconte suffecit M. Johannem Sterhon, et M. Henricum
de Monantheuil.

Eodem die facultas confirmat decretum factum
die Martis 18. Octobris anno 1583. de abrogatione
convivij à Decano fieri soliti die electionis et
confirmationis, donec facultas aliter eâ de re
statuerit.

Disputationes Quodlibetariae.

Die Jovis 22. mensis Novembris 1584. disputat de
Quodlibetariâ extra ordinem M. Johannes Duret
respondente Arnulpho ~~Delisle~~ de Lisle glacissimo,
de hac quaestione,
Generanturne corporis humani partes simul omnes?

In hac disputatione pro more antiquo recitantur
nomina et cognomina doctorum regentium ab
Jacobo Lardeau facultatis bidello maiore, eo,
qui sequitur, ordine:

1. M. Hieronymus

Martii … 1585 — 1. M. Hieronymus de Varade, medicus regius.
2. M. Petrus Collier.
3. M. Gerardus Denisot.
4. M. Olivarius de Violaines.
5. M. Johannes Huguet.
… Februarii — 6. M. Nicolaus Jacquart.
7. M. Petrus Lafilé.
8. M. Ludovicus Duret Medicus et professor regius.
9. M. Gulielmus Robineau.
10. M. Ludovicus Corbin.
11. M. Marcus Myron primarius regis medicus.
… Januarii — 12. M. Petrus Touzet.
13. M. Johannes Rochon.
14. M. Mauricius Delacorde.
15. M. Johannes Liebault.
16. M. Stephanus Gourmelen.
17. M. Claudius Rousselet.
… Junii 1585 — 18. M. Augustinus Frondebeuff.
19. M. Petrus Giroust.
20. M. Albertus Lefeure.
21. M. Ludovicus Thibault.
22. M. Gulielmus Delabarre.
23. M. Gulielmus Cappel.
24. M. Philibertus Landeriot.
25. M. Michael Marescot.
26. M. Johannes Hautre medicinae regius professor.
27. M. Martinus Girard.
28. M. Lazarus Chenot.
29. M. Quintinus Heragon.
30. M. Antonius Dunat.
31. M. Henricus de Monantheuil Mathematicarum artium prof. reg.
32. M. Martinus Akakia Chirurgiae regius professor.
33. M. Gulielmus Debaillou.
34. M. Nicolaus Milot.
35. M. Nicolaus Ellain Decanus.
36. M. Hugo Prenosteau.
37. M. Henricus Blacuod.

38. M. Claudius

38. M. Claudius Bazin.
39. M. Andreas Dubreuil.
40. M. Johannes Martin.
41. M. Bonaventura Trangite.
42. M. Bartholomeus Ghedulrin.
43. M. Claudius Rebours.
44. M. Petrus Delamer.
45. M. Jacobus Morand.
46. M. Johannes Lepescheur.
47. M. Sulpitius Rigault.
48. M. Johannes Haultin.
49. M. Johannes Violant.
50. M. Johannes Branchesne
51. M. Egidius Heroy.
52. M. Guilielmus Lussoy.
53. M. Nicolaus Lambert.
54. M. Franciscus Dupont.
55. M. Germanus Courtin.
56. M. Nicolaus Marchant.
57. M. Julianus Beré.
58. M. Dominicus Bourgoing.
59. M. Ludovicus Derue.
60. M. Claudius Fauchet.
61. M. Johannes Cotereau.
62. M. Philippus Hardivus de Saint Jacques.
63. M. Claudius Bouyn.
64. M. Stephanus Dufour.
65. M. Johannes Lemoyne.
66. M. Jacobus Herault.
67. M. Henricus Visrot.
68. M. Georgius Cornuty.
69. M. Johannes Durét.

69.

Die Jovis 20. Decembris. 1584. disputatum pro Quodlibetis in ordine M. Albertus Lefevre respondente Nicolao Iol... Rhemo de hac questione;
An assumpta alimenti vel medicamenti rationem habent.

Die Jovis

Die Jovis 10 Januarij 1585 disputat de Quodlibetariâ in ordine M. Petrus Giroust respondente Egidio Girard Carnotensi de hac quaestione,
An cuique facultati suus spiritus?

Die Jovis 24 Januarij 1585 disputat de Quodlibetariâ in ordine M. Augustinus Grondelouf respondente Johanne Groult Constantino de hac quaestione,
An solis praegnantibus et puerperis lac in mammis?

Die Jovis 7 Februarij 1585 disputat de Quodlibetariâ in ordine M. Claudius Rousselet respondente Simone Pietre Parisino de hac quaestione,
An solis continentibus, contentis, et impellentibus constat homo?

Die Jovis 21 Februarij 1585 disputat de Quodlibetariâ in ordine M. Stephanus Gourmelen respondente Antonio Capluano Suessanensi de hac quaestione,
An facultas omnis naturalis à corde?

Disputationes Cardinalitiae.

Die Jovis 28 Martij 1585 disputat pro Cardinalitiâ ~~quaestione~~ M. Johanne Huguetio praeside, Johannes Groult Constantinus ~~An~~ de hac quaestione,
Suntne febribus intermittentibus continuae periculosiores?

Die Jovis 11 Aprilis 1585 disputat pro Cardinalitiâ Egidius Girard Carnotensis praeside M. Olivario de Violaines, de hac quaestione,
An ab hepate affecto omnis icterus? Sed huic disputationi Cardinalitiae praefuit M. Henricus de Monantheuil propter morbum ipsius de Violaines.

Ante quodlibetarias disputationes, quae Pastillariae appellantur.

Die Mercurij 21 mensis Novembris 1584 disputat de pastillaria M. Johannes Duret, et candidato medicinae proponit hanc quaestionem,

An sanguinem per superiora excerni ubique malum?

Alteram vero quaestionem M. Lazarus Thenot definiendam proponit M. Bonaventurae Grangier, quae ~~fuit~~ est eiusmodi,

An sanguinem per inferiora excerni ubique bonum?

Comitia facultatis.

Die Jouis. 8. Nouembris. 1584. conuocati à decano doctores in scholas superiores horâ secundâ pomeridianâ vident et probant literas magisterii in artibus M. Antonii Capulani dioecesis Taurinensis, medicinae candidati nuper ad examen admissi, et eiusdem tempus studii à quatuor medicis, qui ab anno 1580 ad hanc usque diem medicinam in scholis professi sunt, confirmatum.

Eodem ~~die~~, et die Veneris. 9. sequente idem M. Antonius Capulanus medicinae candidatus examinatur à MM. Johanne Rochon, Henrico de Monantheuil, loco demortuorum MM. Symonis Pietre et Johannis Durante, et a MM. Claudio Bazin, Claudio Rebours, et decano.

Die Sabbathi. 10. Nouembris conuocati doctores à decano per schedulam conueniunt circa octauam matutinam, in scholas superiores, ut audiant iudicium examinatorum de eruditione M. Antonii Capulani medicinae candidati: Tum M. Johannes Rochon examinatorum antiquissimus iure antiquitatis refert iudicium examinatorum, affirmatque videri examinatoribus eundem Capulanum egregiam nauasse operam in medicinae studio. ~~Eo~~ Eodem Rochon ~~ano~~ audito facultas renuntiante decano admittit ipsum Capulanum ad principium, et in baccalaureorum numerum cooptat: Qui quidem Capulanus eodem momento dat ~~iuim~~ iusiurandum à baccalaureis praestari solitum.

Die Sabbathi. 17. Nouembris horâ secundâ pomeridianâ M. Bonauentura Grangerius nuper decanatu functus rationes ordinarias in Burolle facultatis reddit oratis a decano per schedulam doctoribus, qui eas audiunt, probant, et gratas habent, et ei Grangerio pro honorario dant decem aureos solares,

doctoribus

Doctoribus autem rationem audientibus nihil omnino distribuendum esse omnes censent propter aerarii penuriam.

Die Martis 27. Novembris sex primi doctores maioris ordinis, et primi quatuor minoris ordinis à Decano per schedulam vocati circa secundam pomeridianam conveniunt in aedes M. Hieronymi Deuaraden antiquioris magistri, iuxta formulam diplomatis regii ad audiendam rationem extraordinariam M. Bonaventurae Grangier, nuper decanatu functi, quam quidem rationem idem audiunt, probant, gratam habent, et subsignant, voluntque omnes dari singulis subsignatis nummum aureum, licet decanus illis opponat aerarii publici penuriam: nihilominus tamen consuetudini, et omnium idem sentientium voluntati morem gerere cogitur.

Die Sabbathi 8. mensis Decembris convocati per schedulam à Decano doctores in scholas superiores conveniunt à sacro circa octavam matutinam, annuuntque supplicationi M. Alberti Lefevre, qui per decanum petit, ut sibi liceat propter morbum disputationem, quae indicta erat in diem Iouis 13. huius mensis, differre in diem Iouis 20. eiusdem mensis, sed eâ conditione, ut nisi eo die possit praeesse disputationi, decanus ipse praesit, vel in locum eiusdem Lefevre alium sufficiat.

Die Sabbathi 26. Ianuarii 1585 convocati per schedulam doctores in scholas superiores conveniunt à sacro circa octavam matutinam, iubentque aerarium more solito distribui die purificationis D. Mariae Virginis, et scribi literas à D. Varadeo antiquiore magistro, et decano medicos Rothomagenses in favorem M. Iacobi Heault, ut doctoris Parisiensis, rogentque Rothomagenses, ut habeant rationem dignitatis scholae Parisiensis, et praeferant doctorem Parisiensem Rhemensi.

Aerarii more solito distribuendi in die purificationis

Literae ad medicos Rothomagenses scriptae in favorem M. Iacobi Heault

Die 1. Februarii 1585 ~~exhibetur~~ anatome corporis humani praeside M. Nicolao Marchant doctore medico eruditissimoque scholarum lectore ordinario.

Jacobi Heroult ... cum ... Lepigny ... Rhomensi.

... disputationum Cardinalitiarum.

Statuta scholae ... in ordinem.

Die Lunae ... ij. Februarij. 1585. convocati à Decano per schedulam Doctores in scholas superiores conveniunt horâ secundâ pomeridianâ, statuuntque, ut Decanus rescribat ad medicos Rothomagenses, rogetque illos iterum, ut habeant rationem dignitatis scholae medicae Parisiensis, et praeferant M. Jacobum Heroult Doctorem Parisiensem M. Lepigny Doctori Rhomensi, alias fore, ut facultas defendat in causam ipsius Heroult: ut de ordine disputationum Cardinalitiarum deliberetur aliis comitiis à Decano indicendis: ut decanus adhibitis in consilium his, qui anteà Decanatu functi sunt redigat in ordinem statuta scholae, et de his posteà referat ad facultatem.

Facultas defendit causam M. ... Heroult.

Die Lunae xviij.ª Martij. 1585. convocati à Decano per schedulam Doctores in scholas superiores conveniunt horâ secundâ pomeridianâ edunt que procurationem coram Belot et Gardeau notariis castelloti Parisiensis, mandantque procuratoribus suis, ut nomine facultatis defendant in causam M. Jacobi Heroult Doctoris Parisiensis de praecedentiâ contendentis contra M. Lepigny doctorem Rhomensem eâ conditione, ut lis disceptetur coram conservatoribus privilegiorum regiorum vel apostolicorum Universitatis Parisiensis, vel coram ~~Senatoribus~~ curiae Parlamenti Parisiensis, vel coram Senatoribus Praetoriani, vel, ut vulgò dicunt, Magni consilij, non coram Senatoribus Rothomagensibus.

Statuta scholae in ordinem redigenda.

Eodem die iterum decrevit facultas, ut Decanus adhibitis in consilium his, qui anteà Decanatu functi sunt, redigat in ordinem statuta scholae, et de his posteà referat ad facultatem.

Die Veneris xxviij.ª Junij. 1585. convocati a Decano per schedulam Doctores in scholas superiores conveniunt ante secundam pomeridianam deliberaturi de sufficiendo Lectore in

Pharmacie —

Pharmacie in locum M. Augustini Frondebeuf demortui, et de supplicatione M. Sulpitii Rigault, qui postulat in locum eiusdem Frondebeuf sufficii, quia die iii.a mensis Novembris novissime elapsi, quo Pharmacie professores renuntiati sunt, ipsius Rigault nomen reiectum fuerat cum nominibus magistrorum Augustini Frondebeuf, et Martini Girard, quia Girard, qui absens est, nullam rationem habendam esse, itaq ipsius professionis Pharmacie ius ad se devolutum contendit. tandem Doctores praesentes statuunt nullam habendam esse rationem praedicti Girard absentis, et eundem Rigault sufficiendum esse in locum praedicti Frondebeuf demortui, ea conditione, ut quatuor menses, qui supersunt usque ad diem festum omnium sanctorum, quo de eligendis aut prorogandis magistratibus agitur, pro anno integro eidem computentur: Quam conditionem dictus Rigault arripit; et ita Decanus concludit.

M. Sulpitius Rigault sufficitur in locum ~~M. Martini Girard~~ M. Augustini Frondebeuf Doctoris Pharmacie demortui.

Eodem die decrevit facultas tertio, ut Decanus adhibitis in consilium his, qui Decanatu functi sunt, redigat in ordinem statuta scholae, et de his postea referat ad facultatem.

Statuta scholae in ordinem redigenda.

Eodem die statuit facultas, ut decanus infra scripta decreta a se subsignata et maiore facultatis sigillo obsignata clarissimo viro Barnabae Brissonio in suprema Curia nuper regis advocato, nunc vero eiusdem Curiae praesidi totius ordinis nomine exhibeat:

Si unum quemque immemorem esse beneficii deceret, multo magis artium liberalium collegia. Quare cum ~~[illegible]~~ Parisiensium medicorum collegium intelligat, quam pro sui defensione eximiam et luculentam de antiqua medicina et medicinae parente Hippocrate in Curia suprema Barnabas Brissonius regius advocatus

orationem

orationem habuerit, decrevit ei immortalem gratiam: et hoc
monimento affirmatum testatumque voluit, siquid ei, uxori,
liberis, liberorumque filiis humanitus contigerit, quemcumque
et quotiescumque accersi iusserit, vel iusserint, diligenter, benevolò,
et gratuitò medicinam esse facturos. Datum Lutetiae in —
scholis superioribus mense Maio anno. 1578. M. Henrico —
Monantholio decano.

Facultas legitimè congregata in perpetuam memoriam —
summi beneficii accepti à clarissimo viro D. Barnabâ —
Brissonio tunc temporis in supremâ Curiâ regis advocato
dignissimo, nunc verò in augustiore regis Christianissimi
consessu consiliario, necnon eiusdem supremae Curiae —
amplissimo et aequissimo praeside hoc decretum anno 1578.
M. Henrico Monantholio decano factum confirmavit, —
statuitque ut Nicolaus Ellain decanus illud e collegii —
commentariis descriptum, à se subsignatum, et maiore
facultatis sigillo obsignatum, tum etiam, vel marmoro,
si videbitur inscriptum totius ordinis nomine ipsi D. —
Brissonio exhibeat, ut apud illum posterosque suos et —
beneficii collati, et eorum, qui acceperunt, grati —
memorisque animi hoc qualecumque extet monumentum.
Datum Lutetiae in superioribus scholis medicorum anno
1585. ~~[illegible]~~ 4 Calend. Iulii. Nicolao Ellain decano.

Die 22. Augusti ~~[illegible]~~ eiusdem anni. 1585. decanus convenit. D.
Brissonium, eique iterum facultatis nomine ingentes gratias
agit, omnium et singulorum operam, studium, diligentiam, —
obsequium pollicetur, exhibetque haec decreta pelle pergamenâ
descripta, à se subsignata, et maiore facultatis sigillo —
obsignata: Respondet D. Brissonius se semper fuisse, esse,
et fore amico et benevolo animo erga facultatem, eique gratiam
habere, pro istis honorificis decretis sibi facultatis nomine —
oblatis, quae non minoris ipse faciat, quam debebatur —

equestrem

equestrem ordinem à Republicâ Venetâ sibi donatum pro Venetiis Heroico carmine à se descriptis.

Die Sabbathi 12. octobris 1585. facultas per schedulam commorata convenit in scholas superiores post factam circa octavam matutinam, statuitque, ut dies Divo Lucae tutelari nostro sacra honorificentissime celebraretur, et decanus singulis doctoribus pro more distribueret unum capitale argenteum cum aqua.

Die Veneris 18. eiusdem mensis octobris celebratum est solemniter et pro more festum D. Lucae tutelaris nostri, et ~~…~~ missa musica vocum et organorum concentu pie decantata, cui frequentes doctores ~~adfuerunt~~ adsunt. Re divina peractâ in scholas superiores convenerunt doctores. Ipsique convenerunt apparitores submittunt fasces: Maior bidellus pro veteri more palam audientibus doctoribus et omnem barralaureis legit statutum, quo tenentur sub poenâ periurij missae pro defunctis praesenti celebrandae interesse: Legit praeterea duplex aliud statutum, alterum de prohibito cum empiricis apud aegrotos ~~…~~ congressu, alterum de servandâ inter doctores mutuâ animorum consensione fugiendaque omni malevolentiâ et maledicendi procacitate.

Chieragi per schedulam pridie vocati internuntio maiori apparitore non adfuerunt.

In eo consessu decanus duo capita in deliberationem proposuit, primum est de ordine, quo doctores praeesse debent Cardinalitiis disputationibus: Alterum de indemnitate M. Sulpitio Rigault praestandâ: De primo capite sic statuitur:

Facultas legitime congregata statuit, ut nullus doctor possit praeesse disputationibus Cardinalitiis, nisi egerit sexennium integrum à suâ primâ quodlibetariâ post doctoratum.

Quod ad

Quod ad alterum caput attinet, M. Sulpitio Rigault cautum
esse vult hoc decreto:
Facultas legitime congregata admonita iniectamque esse
manum regiam ~~in pecuniam debitam facultati~~ ad
postulationem quaestoris munitionum urbis Parisiensis
in pecuniam debitam facultati a M. Sulpitio Rigault
pro locatione domus scholarum, rogat eundem Rigault,
ut nulla habita ratione eius iniectionis manus persolvat
Decano pecuniam debitam facultati, polliceturque se praestaturam
eundem Rigault indemnem, seque authorem et vindicem futuram
litis, siqua hoc nomine ipsi Rigault conflietur. Datum
Lutetiae in [added above the line: comitijs habitis in scholis superioribus] ~~superioribus scholis die Veneris 18 Octobris d.~~
~~Lucae sacro post~~ post rem divinam peractam die 18. octobris & D. Lucae
sacro ~~p~~ anno Domini. 1585.
Caeterum statuit, ut Decanus de ~~ea~~ eâ manus iniectione ad
Senatum provocaret, si à praeposito mercatorum et quatuorviris
urbanis (quos Echevinos vocant) eius iniectionis solutionem
non posset impetrare, quia sententiâ a praeposito mercatorum
et quatuorviris urbanis latâ die Lunae 6a Augusti anno 1555.
scholae medicae sunt liberae et immunes ab eo tributo, quod
pro munitionibus urbis exigitur.

Die Sabbathi ~~die~~ 19 eiusdem mensis octobris solenniter
pro laudabili consuetudine celebrata ~~est~~. missa pro defunctis
1584 Quâ peractâ sederunt in scholas superiores doctores: in
consessu sistunt se iurati barbitonsores chirurgi, et ~~praestan~~
praestant solitum iusiurandum.

Comitia Vniversitatis.

Die Martis 11. mensis Decembris anno 1584. indictis à Rectore Mathurinensibus comitiis decrevit Academia omnium ordinum consensu, ut D. Commodé in Senatu Parisiensi advocatus sufficiatur in locum defuncti D. Chanduau patroni Academiae eâ conditione, ut idem Commodé antè exhibeat suae fidei et religionis testes: Ut D. Laffillé collegii Cardinalis Monachi primarius confirmetur, et, si bursarii huius collegii litem de eâ eo velint movere, Universitas defendat in causam D. Laffillé, expensis tamen ipsius Laffillé: Viri selecti diligenter provideant cum procuratore fiscali, ut fraus fiat Academiae in compositione soli, quod Senatusconsulto datum est his, qui domos aliquas volunt extruere in prato clericorum: is, qui in visitatione collegii Cardinalis Monachi contumeliosus fuit Rectori, vocetur coram viris selectis, et causam dicat.

Die Iovis 13. Decembris habitis apud Mathurinenses publicis comitiis decernitur supplicatio ordinaria Rectoris M. Ludovici Andriou ad Augustinenses: ea, quae gessit in suo magistratu, ab omnibus ordinibus comprobantur, et literae commendatitiae illi conceduntur: Cavetur authoritate Academiae, ut bursarii Cardinalitii comitia indicant ad electionem primarii antequam ipsi bursarii et D. Laffillé causam dixerint in publicis aut privatis comitiis, idque supplicante procuratore fisci: ad cuius etiam postulationem decernitur, ut viri selecti adeant DD. praesidem Quaestorum, et Brisart et Seu Senatores petituri nomine Academiae compensationem soli, quod Senatusconsulto datum est his, qui domos aliquas volunt extruere in prato clericorum.

Supplicatio ordinaria.

Die Sabbathi

Die Sabbathi 15. Decembris convocatis à Rectore in aedes Caluicas superiorum facultatum Decanis, et nationum ~~procurat~~ procuratoribus, et ibi auditis Priore bursariorum collegii Cardinalis Monachi, D. Lempereur, et quibusdam aliis eiusdem collegii bursariis, comitia à Priore pro electione Primarii indicta à Rectore improbantur, ~~[illegible]~~ ut pote contra Universitatis decretum habita: electio D. Lempereur in primarium irrita iudicatur: Prior, qui comitia contra Universitatis decretum indixit, mulctatur summo aureo erogando pauperibus lue pestilenti laborantibus: Lesueur et Rabault bursarii, qui rectori contumeliosi fuerunt, singuli eâdem summâ mulctantur in eosdem usus, bursarii reliqui, qui comitiis contra Universitatis ~~decretum~~ decretum interfuerunt, ~~emolum~~ emolumentis bursarum, et Universitatis privilegiis privantur, donec resipuerint: ad procuratoris fiscalis postulationem decernitur, ut nomine Academiae supplex libellus porrigatur Curiae, quo postuletur, ut bursarii Cardinalitii emeriti, id est, quorum tempus à testatore constitutum effluxit, et hi, qui habent sacerdotia, bursis priventur, et bursarum fructus, quos contra testatoris voluntatem et Senatusconsulta perceperunt, restituere teneantur.

Die Lunae 17. Decembris habentur apud Mathurinenses publica comitia, in quibus decernitur, ut Claudius Citard sufficiatur in locum defuncti Guilielmi Merlin Librarii iurati, dummodò Citard ipse antè exhibeat testes suae religionis: sententia die Sabbathi praecedente in privatis comitiis lata in Priorem et quosdam bursarios collegii Cardinalis Monachi confirmatur: Decernitur etiam ad postulationem procuratoris fiscalis, ut rector constituat diem, quo viri selecti adeant DD. Praesidem Turstaeum, et Senatores Brisard et Le petitum

compensationem

compensationem soli, quod ex Senatusconsulto datum est quibusdam,
qui volunt extruere domos in prato clericorum.

Die Mercurij. 19. Decembris Rector auditis facultatum –
decanis in aedes Navarraeae convocatis decrevit, ut se –
Decani sistant sequenti die ante decimam in aedibus Caluicis
aeditui DD. Praesidem Thuanum, et Senatorem Brisart et
Seu pro prato clericorum, ut antè dictum: ut religiosus –
quidam Italus, qui veniâ ab Academiâ non impetratâ –
Lutetiae Theologiam publicè profitetur, docendi munere –
interdicatur, et significetur Montanorum et Longobardorum
primariis, apud quos ipse docuerat, ne eum ad docendum –
admittant, alioquin privabuntur privilegiis Universitatis.
Haec sententia ipsi religioso ad ~~m~~ Rectorem vocato significatur,
cui dixit se velle parere.

Die Jovis 20. Decembris facultatum Decani sistunt se in
aedibus Caluicis paulò ante decimam, hinc se conferunt
ad DD. Praesidem Thuanum, et Senatorem Seu petunt
compensationem soli ex Senatusconsulto dari his, qui volunt
extruere domos in prato clericorum: Pollicetur uterque suum
studium pro rebus Academiae.

Die Mercurij 9. Januarij. 1585. habentur publica apud –
Mathurinenses comitia, in quibus decernitur aperiendum esse
catalogum (rotulum vocant) nominandorum: rogandum esse
procuratorem generalem regis, ut tueatur causam Universitatis
adversus Franciscanum Italum, qui contra statuta et –
privilegia Academiae Theologiam et philosophiam publicè –
profitetur: visendum esse à selectis viris pratum clericorum,
ut satisfiat libello supplici D. Seu in Supremâ Curiâ –
Senatoris; remittendum esse negotium de alutâ pergamenariâ

ad facultatem –

ad facultatum artium: Guidonem Symon, qui supplicuit pro restitutione ~~impensae~~ pecuniae impensae in confirmationem priuilegiorum Vniuersitatis, esse relegandum ad ius, in quod vocauit Academiam.

Die Lunae 21. Januarij. 1585. habentur publica apud Mathurinenses comitia, in quibus decernitur monendum esse Eleimarinum Marchianum, vt in locum fratris Claudij Richer, qui philosophiam in collegio Marchiano publicè profitetur, sufficiat artium scrutatorem: vt Rector cum censoribus lustret collegia: vt ~~ex~~ Rector cum viris selectis offerat Rector regiae Maiestati: vt pro Academiis debitis Academiae à quodam nomine Dusseran quaestor Vniuersitatis accipiat ad summum Parisiensem in singulas libras.

Die Sabbathi. 26. Januarij horâ primâ à meridie priuata comitia habentur in aedibus Nauarraeis, in quibus decernitur offerendos esse cereos Regi, Reginae, Reginae matri, Principibus, Cardinalibus et Magnatibus, qui erunt in Regiâ.

Die Martis 29. Januarij circa octauam matutinam Rector, Decani facultatum, et procuratores nationum conueniunt in aedes Mathurinenses, adeuntque Regiam oblaturi cereos pro more, sed quia rex abest, redeunt re infectâ.

Die Martis 5. Februarij. 1585. in priuatis comitiis in aedibus Nauarraeis apud Rectorem habitis decernitur praestandam esse omnem operam oratori summi Pontificis, qui postulat opem Academiae ad decorandum regem vt in vinculis retineatur Status quidam, qui omnibus

religiosi

religiosi habitu novarum opinionum author est: rogandum esse Cancellarium S. Genovefae, ut ad eamus substituat alium in locum M. Vincentij de Vuadillo, quem constat Academiae esse excommunicatum: Negotium de praeto doctorum committitur procuratori fiscali, et procuratoribus nationum Galliae et Germaniae.

Die Sabbathi. 9. Februarij in publicis comitiis apud ~~Mathurinos~~ Mathurinenses habitis circa octavam matutinam statuitur, ut Academia defendat in causam nuntij summi Pontificis adversus Statum Franciscanum, qui scripsit in summum Pontificem et Cardinales, et eo nomine Rector Universitatis comitatus decanis facultatum superiorum, et procuratoribus nationum adeat regiam maiestatem, eamque supplex oret, ut ipsum Franciscanum inbeat in vinculis retineri, donec causam dixerit: Ut M. Vincentius de Vuadillo, quem constat Academiae esse excommunicatum, abstineat ab omni munere docendi publico et privato: ut bidellorum facultatis artium supplicatio, quâ postulant sibi dari duos nummos argenteos capitatos à baccalaureis theologiae et medicinae pro quâlibet responsione publicâ theologicâ et medicâ, ea, inquam, supplicatio remittitur ad ampliora comitia, interea contenti sint antiquis stipendiis et privilegiis.

Die Lunae. 18. Februarij in privatis comitiis habitis apud Rectorem in aedibus Navarraeis negotium de prato doctorum committitur procuratori fiscali: M. Vincentius de Vuadillo remittitur ad publica Universitatis comitia, ut certiorem faciat totam Academiam de absolutione ab excommunicatione, quam ipse incurrit, et illas afferat literas magisterij.

Die Sabbathi 23. Februarij in publicis comitiis habitis apud Mathurinenses M. Vincentius de Vuadillo interdicitur omni munere docendi publico et privato, donec docuerit se esse absolutum a censuris ecclesiasticis: Eorundem Montanus arcetur ab omni docendi munere, donec porrecto supplici libello Academiae, et solutis soluendis cooptatus fuerit in numerum magistrorum facultatis artium Universitatis Parisiensis: M. Aubouer doctor Theologus admonetur, ut imposterum se gerat modestius erga Rectoriam dignitatem: Negotium de prato clericorum committitur procuratori fiscali: Causa Universitatis contra Cancellarium S. Genovefae, et M. Vincentium de Vuadillo demandatur S. Ebouart Patrono Universitatis.

Die Sabbathi 2. Martij 1585. decani superiorum facultatum cum adiunctis, et procuratores nationum convocati in aedem Navarrae conveniunt circa sextam matutinam, et comitantur Rectorem in Senatum acturum causam Universitatis contra Cancellarium S. Genovefae, et M. Vincentium de Vuadillo. Universitas causa cadit, et idem de Vuadillo a Cancellario S. Genovefae examinator nominatus Senatusconsulto confirmatur.

Die Martis 12. Martij in publicis comitiis habitis apud Mathurinenses clauditur nominandorum cathalogus, quem rotulum vocant: Negotium de prato clericorum committitur decanis singularum facultatum: Probantur ea, quae gesta sunt a Rectore in M. Vincentium de Vuadillo, ut gesta communi consilio, et publica Academiae authoritate.

Supplicatio ordinaria.

Die Veneris 22. Martij in publicis comitiis habitis apud Mathurinenses decernitur supplicatio ordinaria Rectoris M. Johannis Hamiltonij in aedem S. Jacobo de Macello factam: A Rectore gesta probantur: et illi conceduntur

Literas

Literæ commendatitiæ. Controuersia Guidonis Symon petentis —
restitutionem summæ cuiusdam expensæ pro confirmatione —
priuilegiorum Vniuersitatis committitur procuratori ipsius —
Vniuersitatis in Parlamento: Annuitur postulationi procuratoris
fiscalis supplicantis pro literis gradus.

Die Martis. 30. et vltimâ mensis Aprilis. 1585. indictis —
comitiis Mathurinensibus, omnes Curiones et Sacellani, qui
sacerdotia obtinent ad nominationem Academiæ pertinentia —
vocantur de more, decerniturque, vt absentes moneantur, vt
contumaciam purgent, et absentiæ suæ excusationem adferant.

Die Martis. 18. Junij. habentur ~~comitia~~ apud Mathurinenses
…icatio ordinaria. publica comitia, in quibus decernitur supplicatio ordinaria —
Rectoris M. Jacobi Julien ad ædem DD. Lupi et Ægidio sacram:
A Rectore gesta probantur, et illi conceduntur literæ —
commendatitiæ. Guidonis Symon, qui petit summam aliquam —
pecuniæ in priuilegiorum quorumdam ∨ Academiæ, vt ait,
confirmationem, ~~impens~~ vt ait, impensæ sibi restitui, —
supplicatio remittitur ad viros selectos.

Die Veneris 21. Junij. 1585. Rector comitatus decanis superiorum
facultatum, et procuratoribus nationum it in Senatum, et
causam agit in quemdam Pergamenarium, qui membranas in
vrbem clam et furtim inuexerat, vt Rectorem suis iuribus
defraudaret. Curia partium disceptationibus altercationibusque —
et auditis ~~multat~~ mulctam quadraginta nummorum aureorum
in Pergamenarium Rectori cōmittit et pronuntiat præter iura
Rectoria.

Die Sabbathi 22. Junij. in comitiis Mathurinensibus —
annuitur supplicationi Cosmæ Carrel petentis, vt filio suo, si sibi

superstes ~~…~~

superstes sit, servetur reddatur (superveniente iam vacante) officium perpetuatur: sed ea conditione annuitur, ut filius exhibeat testes suae fidei et religionis, et pater pollicetur se docturum filium ea, quae pertinent ad huiusmodi officium, et hoc non trahatur in praeiudicium, seu, ut vulgo dicitur, in consequentiam.

Supplicatio extraordinaria

Die Lunae 8. Julij. 1585. habentur privata comitia apud Rectorem in aedibus Sorbonicis, in quibus decernitur supplicatio extraordinaria in diem Mercurij sequentem ad aedem D. Genovefae de monte sacram.

Die Mercurij. 10. Julij. in publicis comitiis apud Mathurinenses habitis probatur decretum de supplicatione extraordinaria facta à viris selectis die Lunae praecedente, et iuxta illud decretum supplicatur deo ad aedem D. Genovefae sacram.

Die Jovis 11. Julij. Rector decanis superiorum facultatum et procuratoribus nationum comitatus, pridie vocatus it in Senatum, ubi a D. Harlaeo Senatus Principe monetur, multos esse scholasticos discolos, qui per urbem armati vagantur, et multa non ferenda committunt: Huic malo si Rector non medeatur, consulturum Senatum pro suâ authoritate: Respondet Rector id sibi inauditum, et multos esse, qui scholastici datum nomen ementiuntur, cum non sint scholastici, daturum se operam pro suâ virili, ut nullus in posterum habeat iustam occasionem conquerendi de scholasticis.

Die Jovis 29. Augusti in comitiis Mathurinensibus Universitas praesentat M. Johannem Hamiltonium à natione Germanicae nominatum ad ecclesiam parrochialem SS. Cosmae et Damiani vacantem per obitum M. Vaesonis: Declarat theologia

facultatem

facultatem esse in ordine, vel, ut vulgò dicunt, in turno ad beneficia conferenda. Siquid boni a Guidone Symon gestum est, id tanquam suo commodo gestum, suis tanquam gestum expensis esse intelligit: Siquid verò mali gestum, id irritum esse vult.

Die Mercurij 2. Octobris 1585 in comitiis Mathurinensibus Universitas admittit resignationem officij quæstoris Universitatis per M.   Germasium, vel eius procuratorem factam in favorem M. Germani Gousse, et eiusmodi officium quæsturæ confert eidem Gousse, eâ conditione, ut testes exhibeat suæ religionis, et det fideiussorem: Descendit in causam M. Johannis Hamiltonij pro defensione iuris, quod habet ad ecclesiam parrochialem SS. Cosmæ et Damiani: Nominat decanos singularum facultatum, qui cum procuratore fiscali Universitatis adeant D. præsidem Brisseum pro prato clericorum, et cum religiosis S. Germani à pratis visitent idem pratum clericorum, ut provideant ne quid fiat in fraudem Universitatis, dum ab ipsis religiosis murus ducitur circa illud pratum.

Supplicatio ordinaria.

Die Mercurij 9. Octobris D. Dionysio sacro in publicis comitiis apud Mathurinenses habitis decernitur supplicatio ordinaria Rectoris M. Guillelmi Hoel ad eadem D. Germano à pratis sacram: à Rectore gesta probantur: et illi conceduntur Literæ commendatitiæ: Negotium de muro à religiosis D. Germani ducendo iuxta pratum clericorum remittitur ad viros solertes.

Ratio accepti ordinarij in priore decanatu Nicolai Clain Parisiensis reddita die Sabbathi 7. Decembris anno 1585.

Caput primum accepti de reliquiis rationum ordinariarum sui superioris decani.

A M. Bonaventura Evangelista nuper decanatu functo de residuo rationum ordinariarum, quas reddidit die Sabbathi xiij Novembris anno 1584. accepi viginti octo libellas, unum solidum, et septem denarios turonenses. xxviij lt. i s. vij d. t.

Caput secundum accepti de reditibus annuis scholae.

A M. Sulpitio Rigault collega nostro pro annuo spatio locationis aedium magnarum scholae finito die D. Remigio sacro proxime elapso. iiij xx lt.

A Petro Langlois sutore calceamentario accepi octoginta et undecim libellas: scilicet tres libellas et decem solidos pro reliqua persolutione summae ab eo debitae in posteriore decanatu M. Guilielmi Debaillou, et triginta septem libellas et decem solidos pro reliqua persolutione summae ab eo debitae in posteriore decanatu M. Bonaventurae Evangelistae pro novem mensibus locationis aedium, quas occupat, exactis die festo D. Remigij anno 1584., et quinquaginta libellas ab eodem debitas pro annua locatione exacta die festo D. Remigij proxime elapsi: Quae omnes summae accreverunt in summam octoginta et undecim libellarum. iiij xx xi lt.

A Richardo Chalopin coquo accepi sexaginta septem libellas, et decem solidos: scilicet viginti duas libellas et decem solidos pro reliqua

Summa huius paginae est cent iiij xx dixneuf livres vn s sept d t

persolutione

persolutione summae ab eo debitae in posteriori decanatu M. Bonaventurae Grangier pro sex mensibus locationis aedium, quae computat, finitis die D. Remigij anno 1584. et quadraginta quinque libellas pro annua locatione exacta die D. Remigij proxime elapsi. xlvij l. t.

A Johanne Hossu [?] pro duobus annis locationis arcae ~~scholarum~~ posterioris scholarum exactis die festo D. Remigij proxime elapsi. c l. t.

A nobili foemina Anna de Cirice vidua D. Covatij [?] Regij quondam Senatoris, quae debet facultati quinque libellas annui reditus pro celebratione obitus M. Theodorici de Cirice patris olim celeberrimi medicinae doctoris: pro duobus annis exactis die Nativitatis Domini anni 1584. x l. t.

A Bertrando de Vernutil [?] glossamonario [?] pro annuo reditu quinquaginta solidorum finito die Nativitatis Domini anni 1584. l s.

A nobili viro M. Francisco de Vigny urbis quaestore pro annuo reditu centum libellarum facultati debitarum finito die D. Remigij anno 1584. c. l. t.

Ab eodem de Vigny pro ~~eodem~~ annuo reditu decem libellarum facultati debitarum finito die D. Remigij anno 1584. x l. t.

Summa huius paginae est
ducentae [?] ... libras

Caput tertium

Caput tertium accepti à
tonsoribus Chirurgis

À communitate seu societate tonsorum
Chirurgorum, qui debent facultati annis
singulis pro iureiurando posteriori d.
Lucae praestari solito, et pro Anatome
centum solidos Turonenses: quoduidem
annis quartis posteriori d. Lucae anno | C[lt]

1585.

À Glodio Skomi tonsore Chirurgo pro
iure ab eo debito facultati in adoptione
magisterij. | iij[lt] C ij ß vi d.

À Nicolao Skognite tonsore Chirurgo
pro simili causa | iij[lt] C ij ß vi d.

Caput quartum accepti a M.
Antonio Capulano medicinae
candidato.

À M. Antonio Capulano dioecesis —
Taurinensis medicinae candidato pro
Anatome, et schedulis more registratis. | vij[lt] iiij ß vi d.

Caput quintum accepti ab
eodem Capulano ad —
Baccalaureatum admisso.

Ab eodem Capulano pro bursis —
baccalaureatus. | C ij[lt]

Caput sextum accepti a —
baccalaureis pro —
disputationibus Quodlibetariis.

À M. Arnulpho Delisle pro disputatione
Quodlibetaria, de qua respondit sub M.
Johanne Duret doctore die 22 Novemb.
anno 1584. | vj[lt] C ß vi d.

Summa huius paginae est
quarante treize livres

À M. Nicolao

A M. Nicolao Fabot pro disputatione quodlibetaria, de quâ respondit sub M. Alberto Lefebure Doctore die 20. Decembris 1584. vj lb. est vi s.

A M. Egidio Girard pro disputatione Quodlibetaria, de quâ respondit sub M. ~~Augustino Leondebouf~~ Petro Girault Doctore die ~~24~~ 10. Januarij. 1585. vj lb. est vi s.

A M. Johanne Girault pro disputatione Quodlibetaria, de quâ respondit sub M. ~~Claudio~~ Augustino ~~Rousselot~~ Leondebouf Doctore, die 24. 1585. vj lb. est vi s.

A M. Symone Plictre pro disputatione Quodlibetaria, de quâ respondit sub M. Claudio Rousselot Doctore die 7. Februarij anno 1585. vj lb. est vi s.

A M. Antonio Capitano pro disputatione Quodlibetaria, de quâ respondit sub M. Stephano Govemeloy Doctore die 21. Februarij 1585. vj lb. est vi s.

Caput septimum accepti ab iisdem baccalaureis pro Lectorum stipendiis et registro.

A M. Arnulpho Delisle pro Lectorum stipendiis et registro. iij lb. et vi s.

A M. Nicolao Fabot pro simili causâ. iij lb. et vi s.

A M. Egidio Girard pro simili causâ. iij lb. et vi s.

A M. Johanne Girault pro simili causâ. iij lb. et vi s.

A M. Symone Plictre pro simili causâ. iij lb. et vi s.

A M. Antonio Capitano pro simili causâ. iij lb. et vi s.

Caput octavum accepti pro Castillaria.

A M. Johanne Ducet pro Castillariâ die 21. Novembris. 1584. cccie lb.

Summa huius paginae est quatre vingt ~~[illegible]~~ quatorze livres huict s. six d.

Summa totius accepti praedicti anni est de cinq cents soixante six livres dix s. vij denier

Ratio

Ratio expensi ordinarij in priore decanatu
Nicolaj Ellain Parisiensis reddita die Sabbathi
7. Decembris anno 1585.

Caput primum expensi in
rebus ad facultatem
pertinentibus.

M. Bonaventurae Grangier decanatu
functo dedi decem nummos aureos —
solutos pro honorario illi à facultate
decreto die Sabbathi xvij. Novemb.
per quittantiam anno 1584, quo die rationem ordinariam
sui posterioris decanatus reddidit. ccc ti

Jacobo Sarceau maiori facultatis
bidello numeravi quatuor libellas
pro calculis supputatoriis, et aliis
impensis ab eo factis eodem die, quo
per quittantiam idem Grangier suam ordinariam —
rationem reddidit. iiij. ti

Quaestori domus hospitalis dei pro —
per quittantiam reditu annuo exacto die Nativitatis
domini nuper elapso. 1584. l ß.

Quaestori Coenobij S. Genovefae pro —
per quittantiam annuo censu à facultate debito in die
sancto Paschae nuper elapso. 1585. ccie ß iiij d

M. Johanni Coulomp procuratori —
facultatis in minore foro iudiciali —
(quod vulgo Castelletum vocant)
per quittantiam pro annuo stipendio illi persolui —
solito, et debito in die Nativitatis S.
Johannis Baptistae nuper elapso. C. ß.

Summa huius paginae est —
de quarante deux livres dix neuf sols quatre deniers

M. Georgio

M. Georgio Cornuty collegae nostro pro quindecim mensibus reditus annui centum libellarum illi à facultate debitarum.
post cessionem D. Gouffire patroni in suprema Curia persolui centum et viginti quinque libellas: nempe viginti quinque libellas illi debitas pro spatio trimestri eiusdem reditus annui exacto in decanatu M. Bonauenturae Grangiae die D. Remigii
per quittantias 1584; et centum libellas pro annuo spatio eiusdem reditus exacto die D. Remigii nuper elapso 1585. vj l. s. v. lb

Nicolao Desch[illegible] minori appacitori pro cereis in festo purificationis D. Mariae Virginis hoc anno 1585. ex facultatis decreto distributis, et aliis
pro quittantiam illi debitis in decanatu M. Bonauenturae Grangiae pro festo D. Lucae anno 1584. L. e iiij lb [illegible]

Die Veneris 18. octobris 1585., qui dies est D. Lucae Euangelistae Diuo nostro tutelari sacra, numeraui sexaginta quinque doctoribus, decano, et duobus appacitoribus pro more solito, et ex facultatis decreto singulis unum nummum capitatum argenteum. e l i e lb vijs

eodem die distribui pro more iisdem singulis assem unum. iij lb viijs

Caput secundum expensi in missis et refusionibus facultatis.

Summa huius paginae est Deulx cent quattre vingt dix [illegible] dix neuf s[illegible]

Sabbatho

Sabbatho ultimo mensis Novembris
1584. dedi sacerdotibus pro celebratis
missis. v lb xviij ß.
Clero refusionibus. xl ß.
Sabbatho ultimo mensis Decembris
sacerdotibus pro missis celebratis. vij lb vi ß.
Clero refusionibus. iij lb iij ß.
Sabbatho ultimo mensis Januarij.
1585. sacerdotibus pro missis celebratis. vj lb viij ß.
Clero refusionibus. xxxv ß.
Sabbatho ultimo Februarij sacerdotibus
pro missis celebratis. iiij lb xiiij ß.
Clero refusionibus. xxxiij ß.
Sabbatho ultimo Martij sacerdotibus
pro missis celebratis. v lb viij ß.
Clero refusionibus. xliij ß.
Diebus 14 et 15. Aprilis in obitu M.
Michaelis de Colonia. viij lb vi ß.
Sabbatho ultimo Aprilis sacerdotibus
pro missis celebratis. v lb x ß.
Clero refusionibus. xxxi ß.
Sabbatho ultimo Maij sacerdotibus
pro missis celebratis. iiij lb xiiij ß.
Clero refusionibus. xxviij ß.
Sabbatho ultimo Junij sacerdotibus
pro missis celebratis. iiij lb xiiij ß.
Clero refusionibus. xlv ß.
Sabbatho ultimo octobris sacerdotibus
pro missis celebratis. vj lb iij ß.
Clero refusionibus. xxxvij ß.

Summa huius paginae est
[illegible]

M. Clero

M. Petro Collier antiquiori magistro pro
refusionibus huius anni. xl s.

M. Nicolao Marchant medicinae in scholis
professori pro refusionibus huius anni. xl s.

M. Johanni Lemoyne alteri medicinae in scholis
professori pro refusionibus huius anni. xl s.

M. Claudio Bazin pharmaciae professori pro
refusionibus huius anni. xl s.

M. Sulpitio Rigault alteri pharmaciae
professori pro refusionibus huius anni. xl s.

Caput tertium expensi in
supplicationibus Rectoris.

Die Jouis 13 Decembris 1584 in supplicatione
ordinaria Rectoris M. Ludouici Andrieu ad
aedem Augustinensium. iiij lt xviij s

Die Veneris 22 Martij 1585 in supplicatione
ordinaria Rectoris M. Johannis Hamilton
ad eadem D. Jacobo de Macello sacram. v lt iiij s

Die Martis 18 Junij in supplicatione
ordinaria Rectoris M. Jacobi Julien ad
aedem DD. Lupo et Egidio sacram. v lt e s

Die Mercurij 10 Julij in supplicatione
~~ordinaria~~ extraordinaria Rectoris M.
Gulielmi Hoet ad aedem D. Genouefae a
monte sacram. iiij lt viij s

Die Mercurij 9 Octobris, qui dies erat D.
Dionysio sacer in supplicatione ordinaria
Rectoris M. Gulielmi Hoet ad aedem D.
Germani a ~~[illegible]~~ pratis sacram. iij lt i s

Summa huius paginae est
~~[illegible]~~ trente trois liures sept [illegible]

Caput quartum

Caput quartum expensi in Academiae comitiis.

Die Martis 10. decembris 1584. in comitiis Mathurinensibus pro sufficiendo D. Commodo in Senatu Parisiensi advocato in locum defuncti D. Chandeau Academiae patroni. ccciij ß.

Die Lunae 17. decembris in comitiis Mathurinensibus pro sufficiendo Claudio Citard in locum defuncti [illegible] Medici Librarii iurati. cciiij ß.

Die Mercurii 9. Januarii. 1585. in comitiis Mathurinensibus pro aperiendo nominandorum cathalogo. ccviij ß.

Die Lunae 21. Januarii. in comitiis Mathurinensibus habitis contra fratrem Claudium Richer, qui philosophiam in collegio Marchiano publice profitebatur. cciiij ß.

Die Sabbathi 9. Februarii in comitiis Mathurinensibus habitis contra Italum Franciscanum, qui scripsit in summum Pontificem, et Cardinalem. cciiij ß.

Die Sabbathi 23. Februarii in comitiis apud Mathurinenses habitis contra M. Vincentium de Vuadillo. ccij ß.

Die Sabbathi 2. Martij M. Nicolao Lambert, qui cum decano comitatus est Rectorem in Senatum actuum causam Universitatis contra Cancellarium D. Genovefae et M. Vincentium de Vuadillo. ciiij ß vj d.

Decano pro simili causa duplum. ccix ß.

Summa est huius paginae [illegible] neuf livres dix huit ß six d.

Die Martis

Die Martis 12. Martij in comitiis apud Mathurinenses habitis pro ordinando nominandorum cathalogo. ccviij ß

Die Martis 30 et ultima Aprilis in comitiis Mathurinensium habitis pro synodo Universitatis. ccij ß

Die Sabbathi 22. Junij in comitiis apud Mathurinenses habitis, in quibus decrevitur, ut filio Cosmae Carcel, si patri superstes sit, sororum reddatur officium physicatus, supervenientiam vocant. ccviij ß

Die Jovis 29. Augusti in comitiis apud Mathurinenses pro nominatione et praesentatione M. Johannis Hamiltonij ad ecclesiam SS. Cosmae et Damiani vacantem per obitum M. Vesorin. ccvij ß

Die Mercurij 2. Octobris in comitiis apud Mathurinenses habitis pro electione seu resignatione officij quaestoris Universitatis per M. Germasium, seu eius procuratorem in favorem M. Germani Souffé. ccviij ß

Caput quintum expensi in quodlibetariis disputationibus.

Die Jovis 22 Novembris 1584 in disputatione quodlibetaria extraordinaria ~~ordinaria~~ M. Johannis Suret doctoris, sub quo respondit M. Adolphus Scoliste baccalaureus, numerani novem doctoribus disputantibus singulis unum ~~ex~~ nummum capitatum argenteum. vj lt ccß vij d

Summa huius paginae est douze livres neuf sols six deniers

Die Jovis

Die Jovis 20. decembris in disputatione Quodlibetariâ ordinariâ M. Alberti Lefebure doctoris, sub quo respondit M. Nicolaus Fabot baccalaureus, cum terau tantumdem. vi lb es. vi d.

Die Jovis Januarij 1585 in disputatione Quodlibetariâ ordinariâ M. Petri Giroust doctoris, sub quo M. Egidius Girard baccalaureus respondit, cum terau tantumdem. vi lb es. vi d.

Die Jovis 24. Januarij in disputatione Quodlibetariâ ordinariâ M. Augustini Frondebouf doctoris, sub quo M. Johannes Groult baccalaureus respondit, cum terau tantundem. vi lb es vi d.

Die Jovis 7. Februarij in disputatione Quodlibetaria ordinariâ M. Claudij Rousselet doctoris, sub quo respondit M. Eymon Plotte baccalaureus, tantundem. vi lb es vi d.

Die Jovis 21. Februarij in disputatione Quodlibetariâ ordinariâ M. Stephani Gouzmolet doctoris, sub quo M. Antonius Caputanus baccalaureus respondit, tantundem. vi lb es vi d.

Caput sextum expensi pro Castillaciis.

Die Mercurij 21. Novembris 1584 septuaginta doctoribus, et duobus apparitoribus, singulis dimidium capitatum argenteum recipientibus. xxxvi lb ii s.

Caput septimum expensi pro quibusdam aliis negotiis facultatis.

Pro refectione duarum clavium arcae facultatis. xx s.

Summa huius paginae est cinquante neuf livres quatorze sols six deniers

M. Bourard

M. Thourard scribæ urbis, ut ~~perquireret~~
perquireret indicium a Cleraposito
Mercatorum et Scabinis latum die 5.
Augusti anno 1555., quo scholæ nostræ
declarantur immunes à tributo munitionum
urbis. Ess.

Appareitoribus ^urbis^ qui volebant manum regis
et urbis iniicere in supellectilem M.
Sulpitii Sigault pro munitionibus,
quas aiebant pro scholis deberi. Ess.

Famulo D. Lebreton Scabini urbis, qui
tulit in domum publicam facultatis
commentarios, in quibus indicium paulò
ante commemoratum descriptum est. Ess.

Summa huius paginæ est
de trois livres

Summa totius ~~accepti~~ ^expensi^ anni prædicti
est de cinq cent vingt neuf lt trois ss
dix deniers

Itaque summa accepti superat summam
expensi summam de trente sept livres
six ss trois deniers...

Hæ rationes sunt redditæ a Dno decano et
auditæ atque probatæ a tota facultate
solemniter conuocata et congregata in burello
suarum scholarum die sabbathi septimo decembris
anni 1585 In cuius rei fidem et testimonium
subsignaverunt Dni doctores dictæ facultatis

P. Liebault R. Rousselet
Lefeuvre Akakia
Ellains Landerict Bazin Pardelesy
N. Lamfant Cappel Le Grot Chevin

De Monantheuil

de Baillou

Commentarius secundi Decanatus
Nicolai Ellain Parisiensis.

Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto die Sabbathi secundo Novembris festum omnium sanctorum proxime sequente indictis à Decano per schedulam comitiis doctorum, sub horam octavam matutinam ~~comitiis~~ in scholas superiores convenerunt, deliberaturi de ~~prorogatione~~ prorogatione vel electione decani et lectorum. Ab omnibus probantur gesta anno superiore à ~~Decano~~ Nicolao Ellain decano, eique decanatus prorogatur in annum sequentem, renuntiante M. Petro Collier antiquiore magistro. Prorogatur quoque M. Johanni Lemoyne medicinae in scholis professio, in annum sequentem, et pharmaceutices M. Sulpitio Rigault. Altera autem medicinae professio iuxta formulam consuetam demandatur M. Juliano Boet: et altera pharmaceutices M. Aegidio Heron.

Disputationes Quodlibetariae.

Die Jovis 14. mensis Novembris anno Domini. 1585. disputat de Quodlibetariâ in ordine M. Johannes Libault doctor medicus, respondente Nicolao Jabot baccalaureo diocesis Rhotomensis de hac quaestione, An pueri morbosissimi?

In hac disputatione pro more antiquo recitantur nomina et cognomina doctorum regentium ab Jacobo Hardeau facultatis bidello maiore eo, qui sequitur, ordine:

1. M. Petrus Collier.
2. M. Gerardus Denisot.
3. M. Olivarius de Violaines.
4. M. Johannes Huguet.
5. M. Petrus Laffillé.

6 M.

Obiit die Mercurij 22 Januarij 1586.

6 M. Ludovicus Duret medicus et professor regius.

7 M. Guilielmus Robineau.

8 M. Ludovicus Corbin.

9 M. Marcus Miron primarius regis medicus.

10 M. Johannes Rochon.

11 M. Mauricius Delacorde.

12 M. Johannes Liebault.

13 M. Stephanus Gourmelen.

14 M. Claudius Roussellet.

15 M. Petrus Giroust.

16 M. Albertus Lefebure.

17 M. Ludovicus Thibault.

18 M. Guilielmus Delabarre.

19 M. Guilielmus Cappel.

20 M. Philibertus Landerot.

21 M. Michael Marescot.

22 M. Johannes Habert medicus regius professor.

23 M. Martinus Girard.

24 M. Lazarus Pinot.

25 M. Quintinus Daragon.

26 M. Antonius Duval.

27 M. Henricus de Monantheuil Mathem. at. profess. reg.

28 M. Martinus Akakia Chirurgiae professor et medicus regius.

29 M. Guilielmus De Baillou.

30 M. Nicolaus Milot.

31 M. Nicolaus Ellain Decanus.

32 M. Hugo Chernosteau.

33 M. Henricus Blacuod.

34 M. Claudius Bazin.

35 M. Andreas Dubreuil.

36 M. Johannes Martin.

37 M. Bonaventura Grangier.

38 M. Bartholomeus Perdulcis.

39 M. Claudius Rebours.

40 M. Petrus

40 M. Petrus Delamer.
41 M. Jacobus Mazand.
42 M. Johannes Lepostre.
43 M. Sulpitius Rigault.
44 M. Johannes Haultin.
45 M. Johannes Riolant.
46 M. Johannes Beauchesne.
47 M. Egidius Heron.
48 M. Gulielmus Lusson.
hic moritur julij 1586 49 M. Nicolaus Lambert.
50 M. Franciscus Dupont.
51 M. Germanus Courtin.
52 M. Nicolaus Marchant.
53 M. Julianus Boeé.
54 M. ~~Dominicus~~ Bouegoing.
55 M. Ludouicus Deroue.
56 M. Claudius Jannolet.
57 M. Johannes Cotteau.
58 M. Philippus Hardouin de Saint Jacques.
59 M. Claudius Roüyn.
60 M. Stephanus Dufour.
61 M. Johannes Lemoyne.
62 M. Jacobus Hereault.
63 M. Henricus Vissot.
64 M. Georgius Cornuty.
65 M. Johannes Duret.

Die Jovis 18 Nouembris 1585 disputat de [illegible] Quodlibetariâ in ordine M. Mauricius Delavorde doctor medicus, respondente Clemente Delisle Parisino Baccalaureo,
de hac quaestione,
Estne à cerebri traumate, quàm à cordis vulnere
mors ocyor?

Die Jouis 12.

Die Jovis 12 decembris disputat de Quodlibetaria in ordine M. Johannem Rochon doctor medicus, respondente Egidio Picard baccalaureo diocesis Carnotensis, de hac questione,
An purgationi et venae sectioni in dysenteria locus?

Die Jovis 16 Januarij 1586 disputat de Quodlibetaria in ordine M. Marcum Myron primarium regis medicum, et eum absentis et in regia occupati vicem supplet M. Gloteum Laffillé respondente Symone Gloter baccalaureo Parisino, de hac questione,
Suntne morborum omnium subiecta, causae et signa?

Die Jovis penultima Januarij 1586 disputat de Quodlibetaria in ordine M. Ludovicum Cortin doctor medicus respondente Antonio Cayluano baccalaureo Suessionensi, de hac questione,
Estne apostasis omnis ab humorum vitio?

Die Jovis 13 Februarij 1586 disputat de Quodlibetaria in ordine M. Guilielmum Robineau doctor medicus, respondente baccalaureo Johanne Fleault Constantino, de hac questione,
Suntne in calculi curatione catharticis miscenda diuretica?

Disputationes Cardinalitiae.

Die Jouis 27. Februarij. 1586. disputat pro Cardinalitiâ Nicolaus Tabot Abrincensis praeside M. Gerardo Denisot, de hac quaestione, An vere mania, melancholia, et phrenitis facilius ut fiunt, ita et curantur?

Die Jouis . 6. Martij. 1586. disputat pro Cardinalitiâ Antonius ~~Capluan~~ Capluanus Lossanensis praeside M. Petro Collier, de hac quaestione, Estne pulsus, quam urina, febrium certior index?

Die Jouis 13. Martij. 1586. disputat pro Cardinalitiâ Arnulphus Delisle Parisinus praeside M. Claudio Saunolet doctore medico, et Archidiacono Melodunensi, de hac quaestione,
Suntne haereditarij morbi curabiles?

Die Jouis 20. Martij. 1586. disputat pro Cardinalitiâ Symon Pietre Parisinus praeside M. Ludouico Duret doctore medico, de hac quaestione,
An elephantiasis est curabilis? Sed huic disputationi Cardinalitiae praefuit Nicolaus Ellain Decanus propter absentiam eiusdem Duret aliquot negotiis distracti.

Vesperiae:

Die Jouis 26. ~~Septembris~~ Junij 1586. M. Symon Pietre licentiatus disputauit de vesperiarum quaestione praeside M. Antonio Duual doctore medico, qui medicinae candidato quaestionem hanc ~~proposuit~~ proponit discutiendam An q abstemij longius viuant? Alteram vero in utramque partem agitauit M. [illegible] Aragon doctor medicus, quae est, An abstemij ingeniosiores? quam terminat praedictus M. Symon Pietre.

Die Sabbathi 23. Novembris 1585. doctores convocati convenerunt
in scholas superiores hora primâ pomeridianâ: Quibus Decanus
exposuit nobilem matronam Mariam Benoist Bayomonsem
viduam defuncti Domini Delalande expostulare de Jacobo
Chastellain pharmaciae magisterij candidato, quod hic contra
Supremi arresta Senatus, nullius medici consilio adhibito
~~exhibit~~ exhibuerit Beniamino Delalande filio eorumdem
Delalande et Benoist medicamenta, à quibus pessime habet;
Itaque petere eamdem Matronam nobilem à facultate, ut
descendat in hanc causam, quae agitatur coram iudicibus
Praetorianis: Facultas annuit supplicationi ipsius Matronae,
statuitque ut Decanus nomine totius ordinis in eam rem
porrigat libellum supplicem Consilio Praetoriano (quod
Magnum Consilium vocant) et intercedat magisterio
ipsius Chastellain, quod fraudem fecerit arrestis Curiae.

Eodem die statuit facultas, ut inquiratur in Italam quandam
Empyricam, quae habitat in suburbiis S. Germani à Pratis, et
ea in carcerem detrudatur ~~pro~~ impetratâ veniâ à Praeposito
Parisiensi.

Eodem die Jacobus Sandeau maior bidellus facultatis
supplicat pro literis Licentiatus M. Gabrielis Deouin:
Huic supplicationi annuit facultas.

Die Lunae 2. Decembris 1585. convocantibus per schedulam
doctores convenerunt in scholas superiores: Ubi stitit se nobilis
illa matrona Maria Benoist, quae rursus conqueritur de Jacobo
Chastellain pharmaciae magisterij candidato, petitque ut facultas
defendat in suam causam, quae agitatur coram Senatoribus
Praetorianis: Huic supplicationi annuit facultas, et confirmat
ea, quae contra eumdem Chastellain superioribus comitiis
decrevit.

Eodem die facultas à Decano monita, ut responderet Dominis
Praepositis Politiae Parisiensi, qui quaerunt, an [illegible] usus

ad huius

ad luis postilentis praecautionem sit intercidendus: statuit
illis esse respondendum hac formula:

Domini praepositi politiae parisiensi quaerunt ab ordine medicorum, an ostreorum usus ad luis pestilentis praecautionem intercidendus: Respondet ostreorum recentium usum ad morbum pestilentem nihil quidquam facere. Datum Lutetiae in scholis superioribus medicorum sub minori sigillo facultatis, die Lunae 2. decembris anno domini. 1585.

Die Martis 3. decembris 1585. decanus adit dominum praepositum parisiensem civilem, eique exhibet responsum suprascriptum a se subsignatum, et minore facultatis sigillo obsignatum, eique amplius refert nomine facultatis ostreorum quidem recentium, qualia fere sunt, quae equis cursoribus in urbem adferuntur, usum non esse damnandum sed antiqua, qualia fere sunt ea, quae navigio invehuntur vetustate malignam quandam qualitatem acquirere. dominus responsum benigne excipit, et toti ordini gratias agit.

Die Mercurii. 4. decembris ~~[illegible]~~ recipitur Anatome corporis muliebris praeside M. Johanne de moyne doctore medico eruditissimo, scholarum lectore ordinario.

Die Sabbathi. 7. decembris 1585. hora secunda pomeridiana in buello Nicolaus ellain decanus rationes ordinarias in buello facultatis reddit doctoribus solemniter per schedulam pridie convocatis et congregatis, qui eas audiunt, probant, et gratas habent, eique pro honorario decernunt duodecim aureos solatos.

Eodem mense decembri cum scholis indicta esset summa octo aureorum solatorum pro portiuncula summae sexaginta mille aureorum civibus parisiensibus impositae, ut pro scholis impetraretur immunitas eiusdem summae octo aureorum, decanus porrigit hunc libellum supplicem:

Au Roy et a Messeigneurs de son Conseil.

Sire,
Vos treshumbles et tresobeissans subiectz et serviteurs les
Doyen et docteurs regens de la faculté de medecine en
vostre Université de Paris, vous remonstrent en toute
humilité, Qu'entre, ou leurs predecesseurs auroyent pour
le bien public achepté de leurs propres deniers une
maison en vostre ville de Paris, rue de la bucherie,
ou ilz auroyent faict bastir une chappelle, en laquelle ilz
font faire a leurs despens le service divin: et une salle,
en laquelle ilz font faire les leçons, disputes, et aultres
exercices pour enseigner la medecine, et par ce moyen
fournir de medecins non seulement la ville, mais tout le
Royaume, et la Chrestienté. En consideration de quoy le Roy
Henry de bonne memoire vostre feu pere et nostre
souverain seigneur (que Dieu absolve) auroit declaré des
l'an mil cinq cens cinquante et cinq, qu'il vouloit et
entendoit, que ladicte salle, comme communement les
escholes de Medecine, seroit exempte des deniers, qui se
levoyent, et se levent encores aujourd'huy pour les
fortifications de vostredicte ville de Paris, suyvant
laquelle declaration les Prevost des Marchans et eschevins
de vostredicte ville de Paris auroyent donné sentence audict
an le lundy cinquiesme jour d'Aoust, par laquelle ilz
auroyent declaré et ordonné suyvant la volunté
dud. sieur Roy, que lesdictes escholes estoyent et
seroyent exemptes de ladicte fortification. Ce neantmoins
les commissaires deputés au quartier de la place
Maubert pour le departement des soixante mil escus
octroyés a vostre Maiesté par les habitans de vostredicte
ville de Paris ont taxé et cottizé lesdictes escholes

a huict

a huict escus, combien que suyvant laq. declaration dud. feu
Roy elles en deussent estre exemptes, attendu mesme,
que c'est une place non habitee, ains dediee seulement au
service de Dieu, et a l'utilité publique, et que les
docteurs de lad. faculté, qui par disposition de droict, et par
les privileges a eulx donnés et octroyés par les
empereurs et voz predecesseurs Roys de France sont
exemptz de toutes tailles, tributz, subsides, emprunts
et dons gratuits ne sont refusans de payer leur
taxe, alaquelle ilz ont esté particulierement cottizés
pour leur part et portion desdictz soixante mille escus.
Pour ces causes, Sire, lesdictz doyen et docteurs
regens de ladicte faculté, attendu la declaration dudict
feu sieur Roy, la teneur cy dessus mentionnee, et que
lesdictes eschooles ne sont habitees, ains seulement
dediees, come dict est, au service de Dieu, et utilité
publique, supplient treshumblement vostre maiesté
vouloir ordonner conformement a l'intention et
declaration dudict feu sieur Roy vostre pere, que la
taxe imposee sur lesd. eschooles sera leuee, et
rejettee par lesdictz commissaires sur la dixaine, et
deffenses estre faictes ausdict Clerost des Marchans,
eschevins, Quarteniers, Dixeniers, receveurs, et
aultres, de travailler doresnavant lesdictz supplians
de taxe de fortifications, ni aultres cottisations à
raison desd. eschooles de Medecine: et lesdictz
supplians seront tenus et continueront de prier
Dieu pour la santé de vostre maiesté, et
manutention de son estat. Signé Allain.
Die 23. Decemb. 1585. de hiis referente Reuerendo
D. Reginaldo de Beaune Archiepiscopo Bituricensi,
et in augusto regio consessu consiliario, huic

Libello

huic libello supplici ita subscriptum est:

Il est ordonné, que ladicte chappelle et salle, en laquelle se faict l'exercice desd. estudiens de medecine seront tenuz quittes et deschargéz de la somme, a quoy ilz pourroyent estre taxéz pour la leur desd. soixante mil escus. faict au conseil d'estat tenu a Paris le xxiij.me iour de decembre. 1585. Subsignatum Dolu.

Hoc decretum in commentarios eiusdem augusti Consilii (quod privatum et statum vocant) est relatum, et ex iisdem commentariis descriptum, et in arcâ facultatis repositum. Est autem huiusmodi:

Extraict des registres du conseil d'estat.

Sur la requeste presentee par les doyen et docteurs regens en la faculté de medecine en l'Université de Paris, contenant que certaine place ou maison par eux acquise, size rüe de la bucherie, et laquelle ne contient, qu'une chappelle pour le service divin, une salle pour l'exercice des estudians en medecine pour l'utilité publique, lad. place non habitee, et appellee communement les escholes de medecine auroyt des l'an m.v^c. lx. conformement a la volunté et declaration du Roy Henry de bonne memoire esté declaree exempte des fortifications par sentence du prevost des marchans et eschevins de ladicte ville de Paris, Que ce neantmoings les commissaires deputéz au quartier de la place Maubert pour le departement des iii.m a octroyéz a sa maiesté par les habitans de sadicte ville de Paris auroyent taxé et cottizé lesdictes escholes a huict escus sol, combien qu'elles en deussent estre exemptes pour lesdictes causes, quelles ilz requeroyent, qu'il pleust a sa maiesté

Plaz le moyen desquelles ilz requeroyent, qu'il pleust a

sa maiesté ordonne, que ladicte taxe imposée sur lesdictes escholes sera levée et receue par lesdictz commissaires sur la dixaine aux defenses aussi. prevostz des Marchans et aultres, de ne plus comprendre lesdictz supplians aux taxes des fortifications ny aultres cottisations a raison desdictes escholes: Veu aussi ladicte sentence du X.me iour d'Aoust. 1555. A esté ordonné, Que les chappelle et salle, en laquelle se faict l'exercice desd. estudes de medecine, seront tenus quittes et deschargez de la somme, a quoy ilz pourroyent estre taxez pour la levée desd. soixante mille escus. Faict au conseil d'estat tenu a Paris le vingt et treisiesme iour de decembre mil cinq cens quatre vingt et cinq.

Signé Dolu.

Die Sabbathi. 25. Januarij circa octavam matutinam congregati per schedulam die praecedente Doctores decreverunt distribuendas esse cereos more solito, die purificationis beatae Mariae Virginis. et iuxta formulam in Decanatu M. Symonis Piètre institutam eliguntur et renuntiantur futurorum candidatorum medicinae examinatores, ex maiore quidem ordine M. Gulielmus Cappel, et M. Albertus Laudenot; ex minore autem M. Bonaventura Grangier, et M. Gulielmus Lusson.

Facultas legitimè congregata audito Domino Haultin doctore medico ad examinandos libros M. Iohannis Guant medici Nemausensis et Iurisconsulti delecto, quorum primum est de peste, altere de grandine anhelosâ, vulgo Coqueluche, tertius de erroribus spagiricorum, censet illos edendos in lucem. Datum Lutetiae in superioribus scholis die Sabbathi 25. Januarij. 1586.

Die Sabbathi. 15. Martij. 1586. circa octavam matutinam ~~conv~~ conveniunt Doctores in scholas superiores die praecedenti per schedulam convocati, ut audiant supplicationem candidatorum medicinae: Qui singuli de unâ quaestione pro more interrogantur et iubentur probare tempus studij, antequam quicquam de supplicatione decernatur.

Die Sabbathi. 22. eiusdem mensis convocatis ~~de~~ in scholas superiores doctoribus ~~medicinae candid~~ horâ secundâ pomeridianâ medicinae candidati tempus suorum studiorum et suae auditionis probant, unusquisque quatuor schedulis cum registratis, et omnes per facultatem ad examen admittuntur, praestito solito iureiurando.

Eodem die

Eodem die auditâ supplicatione baccalaureorum stadium medicum superiore biennio emensorum facultas eos ad examen singulare et privatum admittit.

Diebus Lunae, Mercurij, Jovis, et Veneris sequentibus medicinae candidati, qui tempus suorum studiorum die Sabbathi praecedente probaverant, examine tentantur.

Die Sabbathi. 29. eiusdem mensis Martij circa octavam matutinam et divinâ peractâ doctores die praecedente per schedulam convocati conveniunt in scholas superiores audituri examinatorum iudicium de medicinae candidatis. Itaque M. Gulielmus Cappel ~~examinato~~ examinatorum antiquissimus, ad quem iure huius antiquitatis pertinet ius referendae sententiae, pauca praefatus de difficultate iudicandi de alienâ doctrinâ, reponit sibi et collegis candidatos sex nuper examinatos videri dignos baccalaureatu, quamquam quidam ex illis vel metu perculsi, vel subrustico quodam pudore perfusi non satisfecerint examinatoribus, spem tamen esse in illis non exiguam solidioris doctrinae, si studium et diligentiam velint adhibere. Quâ renuntiatione auditâ iuxta examinatorum consilium admittuntur sex illi candidati medicinae, qui postea nominabuntur, ad principium, et ad gradum baccalaureatus praestito solito iureiurando. Sed ante à Decano ex facultatis decreto palam monentur, ut quoniam neque exspectationi de se conceptae, neque ordinis dignitati in respondendo satisfecissent, quod ab illis hactenus negligentiâ peccatum est, posthac diligentiâ sarciatur: quosdam enim repulsam fuisse passuros, nisi melioris frugis spem iniecissent examinatoribus: quam quidem admonitionem si negligant, fore, ut facultas severitatem adhibeat, et suo iure utatur. Candidatorum autem, qui ad principium, et baccalaureatum sunt admissi, sunt haec nomina.

M. Philippus Gezletius Faber dioecesis Carnotensis.
M. Petrus Priart dioecesis Parisiensis.
M. Johannes Debonnaire dioecesis Rhemensis.
M. Petrus Marie dioecesis Parisiensis.
M. Gulielmus Fouenier dioecesis Bisontinensis.
M. Andreas Mollé dioecesis Cenomanensis.

Die Lunae ultimâ Martij anno 1586. commoratis pridie per schedulam doctoribus Medicis horâ secundâ pomeridianâ baccalaurei, qui biennio superiore stadium medicum sub-emensi, admittuntur ad gradum licentiarum praestito solito iureiurando.

Eadem die facultas locat M. Sulpitio Rigault doctori medico aream posteriorem scholarum, quam occupabat Johannes Le Mercator, eâ conditione, ut idem Rigault persolvat facult facultati singulis annis decem nummos aureos solares, ut constat ex syngraphis conscriptis coram Boelot et Sim Fardeau notariis Castelleti Parisiensis.

Die Sabbathi 26. Aprilis 1586. horâ secundâ pomeridianâ facultas legitime congregata auditâ supplicatione M. Francisci Gloyeot Lotharingi postulantis ut sibi liceat nunc et extra ordinem promoveri ad gra-gradum licentiarum, quem licet cum suis commilitonibus

Joh. Dureto et Bal. Derauix

biennio superiore consequi non potuerat propter suam absentiam, quia ex commentariis M. Bonaventurae Grangier superioris decani constat eum semel atque iterum de Quodlibetariâ, ac semel etiam de Cardinalitiâ quaestione in scholis more solito respondisse, et suum curriculum recte absolvisse, Facultas, inquam, illum admittit ad gradum licentiarum extra ordinem, ita ut possit, quando volet, et libitum erit domino Cancellario, medendi, et medicinam docendi facultatem impetrare, eâ tamen conditione, ut hoc inposterum non trahatur in exemplum, vel, ut vulgo dicitur, in consequentiam

Die Jovis 15 Maij. die Ascensionis Domini anno 1586. decanus in aedibus D. Dauinier Senatoris et ecclesiae Parisiensis canonici et Cancellarij habet orationem ad M. Johannem Boucher doctorem theologum procancellarium, et ei praesentat sex baccalaureos medicinae curriculum biennii superiore emensos ad licentiam promovendos.

Die Dominico

Die Dominica 18. Maij. a meridie orator ab Universitatis Cancellario missus (Paranymphum vocant) habet in scholis medicorum orationem encomiasticam, et baccalaureos stadium medicum superiori biennio emensos in diem sequentem ad licentiam vocat.

Die Lunae 19. Maij horâ 5.a matutinâ omnes fere doctores conveniunt in Aulam Reverendi in Christo patris et domini Parisiensis Episcopi, ibique coram domino Duuiuite Cancellario ecclesiae Parisiensis et Universitatis praestito prius solito iureiurando per tabellas, ut moris est, ferunt indicium de ordine licentiandorum: Hora vero 8.ma matutinâ in eodem loco coram amplissimo canonicorum Parisiensium coetu, et frequentissimo doctorum medicorum consessu licentiandi hoc ordine per Jacobum Sardeau majorem bidellum vocantur:

Sequuntur nomina et cognomina licentiandorum in Saluberrimâ medicinae facultate anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo sexto die Lunae decima nona mensis Maij.

Magister Symon Pietre.
Magister Arnulphus Delisle.
Magister Johannes Greault.
Magister Antonius Capluanus.
Magister Nicolaus Jabot.
Magister Egidius Girard.

Duuiuite Cancellarius Parisiensis.
Duuiuite.

Hic ita vocatis M. Johannes Boucher doctor theologus et Procancellarius authoritate apostolicâ, quâ fungitur in hac parte, dat licentiam medicinam faciendi, legendi et interpretandi hic et ubique terrarum in nomine patris et filij et spiritus sancti. Tum demum M. Symoni Pietre primo loco sedenti pro more quaestionem hanc proponit: An per incantationes fiat curatio: Cui quaestioni idem Pietre copiose, docte et eleganter satisfacit.

Die Sabbathi 11. Octobris anno 1586. circa octavam
matutinam post rem divinam convenerunt doctores
in scholam superiorem die praecedenti per schedulam
vocati, ut audiant supplicationem M. Johannis Renouff
Constantinatis medicinae candidati, qui reddens aliquot
rationem, cur cum caeteris medicinae candidatis sibi non
licuerit tempestive adesse examini mense Martio
novissime elapso instituti, ~~ut~~ supplicat, ut sibi liceat
novo examine tentari, et in numerum baccalaureorum
recipi: Quâ supplicatione auditâ facultas propter
paucitatem baccalaureorum, ex quibus nonnulli
videntur ab ordine defecturi admittit eundem Renouff
ad examen eâ conditione, ne hoc trahatur in exem-
~~ex~~ exemplum, seu, ut vulgò loquuntur in
consequentiam. Idem Renouff de unâ quaestione pro
more interrogatur, et iubetur tempus studij pro...
satisfacit extempore: Dies Lunae sequens ei
dicitur ad examen.

Eodem die facultas statuit, ut dies S. Lucae tutelarij
nostro honorificentissimè celebretur, et Decanus
singulis Doctoribus et bidellis pro more distribuat unum
capitatum argenteum cum asse.

Diebus Lunae et Martis sequentibus idem Renouff
medicinae candidatus examinatur à MM. Ludovico
Cappel, Bonaventurâ Grangier, Guilielmo Dupsoy,
Johanne Lemoyne loco ~~Ghilberti La~~ M. Ghilberti
Laudenot absentis, et à decano.

Die Sabbathi 18. eiusdem mensis Octobris celebratur
solemniter et pro more festum S. Lucae tutelaris
nostri, cui frequentes doctores adsunt. Re divina
peractâ M. Guilielmus Dupsoy absentibus MM. Ludovico
Cappel, et Bonaventurâ Grangier refert initium

examinatorum

examinatorum, affirmatque videri examinatoribus M. Johannem Ikenouf diocesis Constantiensis egregiam navasse operam in studio medicinae. Eodem [illegible] audito facultas consentiente Decano admittit ipsum ~~Ikeno~~ Ikenouf ad principium, et in baccalaureorum numerum cooptat: Qui quidem Ikenouf eodem momento dat iusiurandum à baccalaureis praestari solitum.

In isto conventu apparitores submittunt fasces pro more. Maior bidellus ex consuetudine palam audientibus Doctoribus et baccalaureis legit statutum, quo tenentur omnes sub poenâ privari missae pro defunctis praetendi celebrandae interesse: Legit praeterea aliud duplex statutum, alterum de prohibito cum empiricis congressu, alterum de servandâ inter Doctores mutuâ animorum consensione, fugiendaque omni malevolentiâ, et maledicendi procacitate.

Chirurgi per schedulam praedicto vocati interventu maioris apparitoris non adsunt.

Die Lunae 20. eiusdem mensis solemniter et pro laudabili consuetudine celebratur missa pro defunctis. Quâ peractâ vocantur barbitonsores chirurgi praedicti à maiore apparitore moniti, sed non comparent.

Die Sabbathi 8. Novembris 1586. post rem divinam conveniunt Doctores in scholas superiores deliberaturi de electione Decani et Lectorum medicinae et pharmaciae: de quâ et antè quàm quid statuatur, proponitur supplicatio nobilis Domicellae Mariae Benoist, quae postulat à facultate, ut velit solvere sportulas Senatorum Praetorianorum, à quibus diiudicata et confecta est causa, quae ipsi cum facultate communis erat adversus Carolum Chastellain ~~Pharmacopaeum~~ Pharmacopaeum. De quâ supplicatione nihil decernitur. Sed

Licet.

Licet huius arresti dicta non possit edi, quia mendum est editum propter sportulas non solutas, cum tamen breviarium in commentarium placet referre ad subsidium memoriae, et quia facultatis interest:

Dict a esté entant que touche ledict appel, que le conseil a mis l'appellation, et ce dont a esté appellé au neant, et amandant le jugement a declairé la saisie faicte a la requeste dudict Chastellain sur les meubles de ladicte Benoist nulle et tortionaire, et l'a condamné es dommages et interestz procedans a cause d'icelle: et faisant droit sur ladicte instance ~~et~~ de crime, et reparation d'injures, ledict conseil pour les cas resultans du procés a faict deffenses audict Chastellain d'exercer l'estat d'apoticaire en ceste ville de Paris et suite de la court pour six mois, et l'a condamné en cinquante sous sol d'amende applicable au bureau de la communaulté des pauvres de la ville de Paris: et a ordonné et ordonne, que les injures contenues es responses a griefs, conclusions, contredictz, et requeste dudict Chastellain du septiesme febvrier mil cinq cens quatre vingt et six seront rayées en la chambre du conseil en presence dudict Chastellain et de ladicte Benoist, lequel declarera n'avoir entendu injurier ladicte Benoist, ni ledict Marianus Delalande son filz, et qu'il les tient pour gens de bien et d'honneur et leur famille. Luy est enjoinct de porter honneur et reverence au doyen de la faculté, et aux docteurs de la medecine, le tout sans pouvoir encourir aucune note d'infamie. Et ayant esgard aux conclusions dudict procureur general du Roy, ledict conseil a faict deffenses a tous apoticaires sur peine de prison et de punition corporelle de faire ni bailler aucune composition et medecine aux malades sans l'ordonnance du medecin escripte, signée, ou ~~parafee~~ paraphée de sa main et a ledict conseil condamné ledict Chastellain es despens desdictes instances, la taxation d'iceulx et liquidation desdictz despens, dommages et interestz en dessus adjugés audict conseil reservée.

Datum hoc arrestum liti renunciatore D. Bretrand semestri aestivo. Dicta non est addita, quia arrestum mendum est pronunciatum propter sportulas non solutas.

Comitia

Comitia Vniuersitatis.

Die Martis 25 Nouembris 1585. in comitiis à Rectore indictis, et apud Mathurinenses habitis M. Jacobus Delacroix — capellanus vnius capellae de Lanoisy cuius sunt resignat pure, libere, et simpliciter eiusmodi capellaniam: Quam quidem resignationem Vniuersitas admittit, eamque confert M. Petro à S. Eymont, sed eâ conditione, vt exhibeat testes suae fidei et religionis, et teneatur adesse singulis annis synodo — Vniuersitatis: Quae collatio fit sine praeiudicio iuris, vt — loquuntur, facultatis Theologiae.

Die Mercurii 11. Decembris 1585. in publicis comitiis apud Mathurinenses habitis decernitur supplicatio ordinaria — Rectoris M. Jacobi Julley ad aedem D. Ludouico in regiâ Nauarrâ faciam: à Rectore gesta probantur, et illi — conceduntur literae commendatitiae.

supplicatio ordinaria

Die Mercurii 20 Januarii 1586. in comitiis apud ~~Mathur~~ Mathurinenses habitis decernitur aperiendum esse cathalogum (rotulum vocant) nominandorum: admittitur resignatio officii librariatus Vniuersitatis per Jacobum Kerver facta in — fauorem Baptistae Dupuis, et eiusmodi officium confertur eidem Dupuis, eâ conditione, vt exhibeat testes suae religionis et iureiurando adstringat se non expositurum libros — venales contra religionem Catholicam, alias fore, vt eo ipso officium eiusmodi vacet: De Guidone Eymont statuitur standum esse prioribus Academiae decretis, quibus concluditur ab ipso Eymont gesta irrita haberi.

Die Martis. 25. Februarii. 1586. in comitiis Mathurinensibus decernitur claudendum esse cathalogum (rotulum vocant) nominandorum.

Die Jouis 27. Februarii. 1586. in comitiis Mathurinensibus admittitur resignatio officii pappyriatus facta per Edmundum Denise, vel eius procuratorem in fauorem Claudii Denise

filii

filij eiusdem ~~Denise~~ Emundi, et eiusmodi officium confertur eidem Claudio Denise ea conditione, ut ~~fidem~~ exhibeat testem suae religionis: Confirmatur decretum nuper factum in privatis comitiis apud Rectorem de aureo nummo singulis mensibus persolvendo procuratori fiscali pro stipendio.

Die Martis 4. Martij. 1586. in comitiis Mathurinensibus Universitas confert officium papyriatus vacans per mortem Emundi Denise Claudio Denise, cui nuper contulerat per resignationem eiusdem Emundi.

Die Veneris 21. Martij. 1586 in publicis comitiis apud Mathurinenses habitis decernitur supplicatio ordinaria Rectoris M. Lamschefignent ad aedem D. Ludovico in Regia Navarrea sacram: approbantur gesta à Rectore in suo magistratu, et illi conceduntur literae commendatitiae: Annuitur postulationibus procuratoris à fisco ~~supplic~~ supplicantis pro literis gradus, et ut singuli velint adesse M. Johanni Hamiltonio litiganti pro ~~conservat~~ conservatione iuris, quod habet ad ecclesiam parrochialem ~~SS.~~ Cosmae et Damiani.

Supplicatio ordinaria.

Die Mercurij 9. Aprilis 1586. in publicis comitiis apud Mathurinenses habitis M. Olivarius Hautier in supremae Curia procurator substituitur in locum M. Petri Ebbilli nuper defuncti in eadem suprema Curia procuratoris eâ conditione, ut idem Hautier exhibeat testem suae fidei et religionis.

Die Martis 15. Aprilis. 1586. indictis comitiis Mathurinensibus omnes Curiones et Capellani, qui sacerdotia obtinent ad nominationem Academiae pertinentia, vocantur de more, decernitur[q]ue, ut qui hoc anno abfuerint, moneantur, ut contumaciam purgent, qui saepius abfuerint, mulctentur summâ duorum aureorum.

Die Mercurij

Die Mercurij 18 Junij 1586 in publicis comitijs apud Mathurin. habitis decernitur supplicatio ordinaria Rectoris M. Baldesar ad aedem D. Martino a campis sacram: approbantur a Rectore gesta in suo magistratu, et illi conceduntur literae commendatitiae: Universitas defendit in causam Academiae Tholosaneo, sed ea conditione, ut indemnem praestet nostram Universitatem, et immunem ab omnibus expensis.

Supplicatio ordinaria.

Die Sabbathi 30 et penultima Augusti 1586 in comitijs Mathurinensibus Universitas confert officium Pergamenarij iurati vacans per mortem Jacobi Pletit Johanni Pletit filio dicti Jacobi; ea lege, ut edat testem suae fidei et religionis: admittit ad iusiurandum Venerabilem M. Plonet vicem gerentem D. Conservatoris privilegiorum apostolicorum Universitatis.

Die Martis 7 Octobris 1586 in publicis comitijs apud Mathurinenses habitis decernitur supplicatio ordinaria Rectoris M. Laussterrej ad aedem D. Judouico in Regia Navarrea sacram: approbantur gesta a Rectore in suo magistratu, et illi conceduntur literae commendatitiae.

Supplicatio ordinaria.

Ratio accepti ordinarij in secundo decanatu Nicolaj Ellain et cerensi
Parisiensis reddita die Sabbathi xxix^a. Novemb.
anno 1586.

Caput primum accepti de reliquiis rationum ordinariarum
a me redditarum anno superiore.

De reliquiis rationum ordinariarum a me
redditarum anno primo mei decanatus. ccclviij.lb vij.s iiij d.

Caput secundum accepti de reditibus
annuis facultatis.

A Johanne Tossu, qui debet decem libellas
pro sex mensibus locationis areae posterioris
scholarum quartis die festo S. Johannis —
huius anni. 1586. nihil accepi. Nihil.

A M Sulpitio Rigault collega nostro pro
sex mensibus locationis eiusdem areae —
quartis die festo S. Remigij huius anni —
1586. cv.lb

Ab eodem Rigault pro annuo spatio locationis
aedium magnarum scholae finito die S. Remigij
hoc anno 1586. iiij^c lb.

A Petro Langlois sutore calceamentario
in partem solutionis summae quinquaginta —
libellarum pro annuo spatio locationis —
aedium, quas occupat, quarto die S.
Remigij hoc anno 1586. accepi tantum octodecim
libellas. cviij lb

A Richardo Chaloyn coquo pro annuo spatio
locationis aedium, quas occupat, finito die
S. Remigij anni 1586. cLv.lb

A Nobili foemina domina de Cirier vidua D.
Coueltij Regij quondam Senatoris pro annuo
reditu quinque libellarum quarto die —
Natiuitatis Domini anni 1585. v.lb

Summa huius paginae est librarum
de deux cens lb six solz trois deniers

A Bertrando

A Bertrando de Verneuil pergamenario pro annuo reditu quinquaginta solidorum ex parto die Nativitatis domini anni 1585. l s.

A Nobili viro M. Francisco de Vigny urbis quaestore pro sex mensibus annui reditus centum libellarum facultati debitarum finitis die ~~S. Johannis~~ Sancto Paschae 1585. l lt

Ab eodem de Vigny pro sex mensibus annui reditus decem libellarum facultati debitarum finitis die ~~S. Johannis~~ Sancto Paschae anni 1585. v lt

Caput tertium accepti a tonsoribus Chirurgis.

A communitate tonsorum Chirurgorum pro inscriptione fieri solita in crastino D. Lucae 1586. Nihil.

A Johanne Placardin tonsore Chirurgo pro iure ab eo debito facultati in adeptione magisterii. iii lt e s vi d

A Benigno Godin tonsore Chirurgo pro simili causa. iii lt e s vi d

Caput quartum accepti a baccalaureis pro disputationibus Quodlibetariis.

A M. Nicolao Fabot pro disputatione Quodlibetaria, de qua respondit sub M. Johanne Liebault doctore, die 14 Novembris anno 1585. vi lt e s vi d

A M. Arnulpho Delisle pro disputatione Quodlibetaria, de qua respondit sub M. Mauricio Delacorde doctore die 28 Novemb. 1585. vi lt e s vi d

A M. Aegidio Ricard pro disputatione Quodlibetaria, de qua respondit sub M. Johanne Rochon doctore die 12 Decembris 1585. vi lt e s vi d

Summa huius paginae secundae
Quattre vingts quattre lt vi ~~d~~ s. vi d

A M. Eymont

A M. Symone Gliclet pro disputatione Quodlibetariâ, de quâ respondit sub D. Marco Myron Doctore, et Archiatro die 9. Januarij 1586. vj lb. eß vj d.

A M. Antonio Cappluano pro disputatione Quodlibetariâ, de quâ respondit sub M. Ludouico Corbin Doctore, die 30 Januarij 1586. vj lb. eß vj d.

A M. Johanne Tiroult pro disputatione Quodlibetariâ, de quâ respondit sub M. Gulielmo Robineau die 13. Februarij 1586. vj lb. eß vj d.

Caput quintum accepti ab iisdem baccalaureis pro lectorum stipendiis et registro.

A M. Nicolao Jabot pro lectorum stipendiis et registro. iiij lb. evj ß.

A M. Arnulpho Delisle pro simili causa. iiij lb. evj ß.

A M. Egidio Ticard pro simili causa. iiij lb. evj ß.

A M. Symone Gliclet pro simili causa. [redacted] iiij lb. evj ß.

A M. Antonio Cappluano pro simili causa. iiij lb. evj ß.

A M. Johanne Tiroult pro simili causa. iiij lb. evj ß.

Caput sextum accepti à baccalaureis licentiandis pro bursis Licentiarum.

A M. ~~Johanne~~ Symone Gliclet pro bursis Licentiarum. eeel lb.

A M. Arnulpho Delisle pro eâdem causâ. eeel lb.

A M. Johanne Tiroult pro eâdem causâ. eeel lb.

A M. Antonio Cappluano pro eâdem causâ. eeel lb.

A M. Nicolao Jabot pro eâdem causâ. eeel lb.

A M. Egidio Ticard pro eâdem causâ.

A M. Francisco Gloyrot ad gradum Licentiarum

Summa huius paginæ recte
Deux cens cinquante deux lb
sept sols six deniers

Extra ordinem

extra ordinem admisso, quia biennio superiori non potuerat adesse cum suis commilitonibus. cccl s.

Caput septimum accepti ab iisdem licentiandis pro iure praesentationis.

A M. Symone Pictet iiij l. ii s.
A M. Arnulpho Deliste. iiij l. ii s.
A M. Johanne Liroult. iiij l. ii s.
A M. Antonio Capluano. iiij l. ii s.
A M. Nicolao Fabot iiij l. ii s.
A M. Egidio Liszard. iiij l. ii s.
A M. Francisco Ployart extra ordinem admisso. iiij l. ii s.

Caput octavum accepti ab iisdem licentiandis pro multis rogatis.

A M. Symone Pictet. cij l.
A M. Arnulpho Deliste. cij l.
A M. Johanne Liroult. cij l.
A M. Antonio Capluano cij l.
A M. Nicolao Fabot cij l.
A M. Egidio Liszard. cij l.
A M. Francisco Ployart extra ordinem admisso. cij l.

Caput nonum accepti a candidatis medicinae pro Anatome et schedulis non registratis.

A M. Philippo Gregolosio Fabro dioec. Lonet. vij l. iiij s. vij d.
A M. Petro Priart dioec. Parisiensis. vij l. iiij s. vij d.
A M. Johanne Delormaire dioec. Rhotomensis vij l. iiij s. vij d.
A M. Petro Marie dioec. Parisiensis. vij l. iiij s. vij d.
A M. Guilielmo Fevenice dioec. Bisontinensis. vij l. iiij s. vij d.
A M. Andrea Mollé dioec. Cenomanensis. vij l. iiij s. vij d.
A M. Johanne Renouf dioec. Constantiensis. vij l. iiij s. vij d.

Caput decimum accepti ab iisdem ad Baccalaureatum admissis pro bursis Baccalaureatus.

A M. Philippo Gregolosio Fabro pro bursis baccalaureatus. cij l.
A M. Petro Priart pro eadem causa. cij l.
A M. Johanne Delormaire pro eadem causa. cij l.
A M. Petro Marie pro eadem causa. cij l.
A M. Guilielmo Fevenice pro eadem causa. cij l.
A M. Andrea Mollé pro eadem causa. cij l.
A M. Johanne Renouf pro eadem causa. cij l.

Summa huius quartae paginae
Deux cens soixante et dixhuict l. i s. viij d.

Caput

Caput undecimum accepti à doctore novo.

A m. Symone glartet pro Vesperiis. — xx s.

Ab eodem pro buxsis doctoratum — xxx s.

Ab eodem pro farello. — xxx s ß.

Caput duodecimum accepti de munere facultati dato à venerabili viro M. Ludovico Derue doctore medico, ecclesie glarissensis Canonico et archidiacono glarissensi.

A venerabili viro M. Ludovico Derue doctore medico, ecclesie glarissensis canonico et Archidiacono glarissensi, qui dono dedit facultati octo coronas solarias. — xx iiij s.

Caput decimum tertium accepti de expensis, in quas M. Johannes Lardeau procurator in curia fori iudiciali temeraria litis nomine damnatus est.

A M. Johanne Lardeau pro expensis, in quas temerarie litis nomine damnatus est. — xLiiij s.

Summa huius pagine gaute,
Deux cens trois lt dix s.

Summa totius accepti est
Mille dixhuict lt onze sols neuf d.

Ratio expensi

Ratio expensi ordinarij in secundo Decanatu Nicolai Ellain Parisiensis reddita die Sabbathi xxiiii Novembris anno ~~1586~~ 1586.

Caput primum expensi in rebus ad facultatem pertinentibus.

Pro honorario mihi à facultate decreto quo die rationem ordinariam primi Decanatus reddidi. — lxvii lt.

Per quittantiâ — Jacobo Fardeau maiori facultatis bidello numeravi sex libellas pro calculis supputatoriis, et aliis impensis ab eo factis eodem die, quo rationem ordinariam primi decanatus reddidi. — vi lt.

Per quittantiâ — Quaestori hospitalis dei pro reditu annuo quarto die Nativitatis Domini 1585. — x s.

Per quittantiâ — Quaestori Coenobij S. Genoufae pro annuo censu à facultate debito in die Sancto Paschae anno 1586. — xxi s. iiii d.

Per quittantiâ — M. Johanni Coulomp procuratori facultatis in minore foro iudiciali (quod vulgo Castelletum vocant) pro annuo stipendio illi persolvi solito, et debito in die Nativitatis S. Johannis Baptistae nuper elapso. — c s.

Per quittantiâ — M. Georgio Cornuty collegae nostro pro annuo spatio reditus annui centum libellarum illi a facultate debitarum per cessionem D. Gouffier patroni in supremâ Curiâ quarto die S. Remigii novissimè elapso 1586. — c lt.

Per quittâtiâ — Nicolao Deschamps minori apparitori pro cereis in festo S. Lucae anno 1585 traditis. — viii lt.

Per quittâtiam — Eidem pro cereis in festo Purificationis S. Mariae Virginis hor anno 1586 ex facultatis ~~decreto~~ distributis. — iiii xx lt.

Summa hujus pagine est
Deux cens quarante sept lt dixneuf sol quattre d.

Die Sabbathi

Die Sabbathi 18 Octobris 1586, qui dies est S. Lucae Evangelistae D. nostrae tutelarisque, numerari sexaginta quatuor Doctoribus, et duobus appartoribus pro more serano, et ex facultatis decreto singulis unum solito, et nummum capitalem argenteum. — Llviij lb. eiß vj d.

Eodem die distribui pro more iisdem singulis assem unum. — iij lb. viij ß.

Caput secundum expensi in missis et refusionibus facultatis.

Sabbatho ultimo mensis Novembris 1585 dedi — iij lb. exiij ß.
dedi sacerdotibus pro celebratis missis. — L ß.
q[uo]d pro refusionibus.
Sabbatho ultimo mensis Decembris dedi — vj lb. eij ß.
sacerdotibus pro missis celebratis — iij lb. vj ß.
q[uo]d pro refusionibus
Sabbatho ultimo mensis Januarij 1586 dedi — vj lb. viij ß.
sacerdotibus pro missis celebratis. — iij lb. iiij ß.
q[uo]d pro refusionibus.
Sabbatho ultimo Februarij sacerdotibus — Leeß.
pro missis celebratis. — eeeiß.
q[uo]d pro refusionibus.
Sabbatho ultimo Martij sacerdotibus pro — vj lb. exiij ß.
missis celebratis. — iij lb. eiß.
q[uo]d pro refusionibus.
Diebus 14 et 15 Aprilis in obitu M. Michaelis — viij lb. iiij ß.
de Colonia.
Sabbatho ultimo Aprilis sacerdotibus pro — iiij lb.
missis celebratis. — eLß.
q[uo]d pro refusionibus.
Sabbatho ultimo Maij sacerdotibus pro missis — iiij lb. iiij ß.
celebratis. — eeLß.
q[uo]d pro refusionibus
Sabbatho ultimo Junij sacerdotibus pro missis — Lvjß.
celebratis. — eeliiij ß.
q[uo]d pro refusionibus.

Summa hujus pagine
Cet dixersept lb. seze sols six d.

Sabbatho ultimo Octobris sacerdotibus pro missis celebratis | vj.lt v s.
Pro refusionibus. | cl ß
M. ~~Johanni~~ Pletro Collice antiquiori magistro pro refusionibus huius anni. | cl ß
M. Johanni Lemoyne medicinae in scholis professori pro refusionibus huius anni. | cl ß
M. Juliano Ebert alteri medicinae in scholis professori pro refusionibus huius anni. | cl ß
M. Sulpitio Rigault pharmaciae professori pro refusionibus huius anni. | cl ß
M. Egidio Hyeroy alteri pharmaciae professori pro refusionibus huius anni. | cl ß
Pro ablatione linteorum rebus divinis dicatorum. | ccl ß

Caput tertium expensi in supplicationibus Rectoris.

Die Mercurij 11. Decembris 1585. in supplicatione ordinaria Rectoris M. Jacobi Julian ad Regiam Navarram. | iiij.lt v s. cliiij ß
Die Veneris 21. Martij 1586. in supplicatione ordinaria Rectoris M. Pligenat ad Regiam Navarram. | v.lt ciiij ß
Die Mercurij 18. Junij 1586. in supplicatione ordinaria Rectoris M. Sildefar ad aedem D. Martino à campis sacram. | iiij.lt cl ß
Die Martis 7. Octobris 1586. in supplicatione ordinaria Rectoris M. Lausseri ad Regiam Navarram. | iiij.lt lviij ß

Caput quartum expensi in Academicis comitiibus.

Die Martis 25. Novembris 1585. in comitiis apud Mathurinenses habitis pro collatione binae cappellae de Canoisy factâ M. Pierro à S. Eymont pro curationem M. Jacobi Delarroie. | clviij ß

Summa huius paginae
Trente neuf lt dixneuf s.

Die Mercurij

Die Mercurij 20 Januarij 1586 in comitiis apud Mathurinenses habitis pro aperiendo nominandorum rotulo. cccinj ß.

Die Martis 25 Februarij 1586 in comitiis Mathurinensibus pro claudendo nominandorum cathalogo. ccinj ß.

Die Jovis 27 Februarij in comitiis apud Mathurinenses habitis pro collatione officij papyratorum vacantis per renunciationem Edmundi Denise factâ Claudio Denise. ccvij ß.

Die Martis 4 Martij in comitiis Mathurinensibus pro collatione ejusdem officij vacantis per obitum ejusdem Edmundi Denise factâ eidem Claudio Denise. ccinj ß.

Die Mercurij 9 Aprilis in comitiis Mathurinensibus in quibus M. Oliverius Gaultier in supremâ parlamenti Curiâ procurator suffectus est in locum defuncti M. Petri Philibert in eâdem Curiâ procuratoris Academiæ. cccv ß.

Die Lunæ 15 Aprilis in comitiis Mathurinensibus pro synodo Universitatis. ccc ß.

Die Sabbathi xxx et penultimâ Augusti in comitiis Mathurinensibus pro collatione officij pergamenarij vacantis per obitum Jacobi Petit factâ Johanni Petit. ccvij ß.

Pro refectione clavis et serræ arcæ, in quâ asservatur sigillum Academiæ. clv ß.

Caput quintum expensi in disputationibus QuodLibetariis.

Die Jovis 14 Novembris 1585 in disputatione QuodLibetariâ ordinariâ M. Johannis Hebault Doctoris, sub quo respondit M. Nicolaus Jabot baccalaureus, numerari mandavi Doctoribus

Summa hujus paginæ
Douze lt quattre s.

disputantibus

disputantibus singulis unum nummum —
capitatum argenteum. vj ll xs vjd

Die Jouis 18. Nouembris in disputatione
Quodlibetariâ ordinariâ M. Mauricii Delaverde
Doctoris, sub quo respondit M. Arnulphus
Delisle baccalaureus, numerauj tantundem. vj ll xs vjd

Die Jouis 12 Decembris in disputatione
Quodlibetariâ ordinariâ Mri Johannis Aberlen
Doctoris, sub quo respondit M. Egidius Girard
baccalaureus, numerauj tantundem. vj ll xs vjd

Die Jouis 9. Januarij. 1586. in disputatione
Quodlibetariâ ordinariâ D. Mauri Myron
Doctoris, et Archiatri, cuius absentis vicem
suppleuit M. Gilbertus Caffillé, sub quo —
respondit M. Symon Gilbert baccalaureus,
numerauj tantundem. vj ll xs vjd

Die Jouis 30. et penultimâ Januarij in
disputatione Quodlibetariâ Mri Ludouici Cocquin
Doctoris, sub quo respondit M. Antonius
Caplurama baccalaureus, numerauj
tantundem. vj ll xs vjd

Die Jouis 13. Februarij in disputatione
Quodlibetariâ ordinariâ M. Guilielmi
Robineau Doctoris, sub quo respondit
M. Johannes Groult baccalaureus,
numerauj tantundem. vj ll xs vjd

Caput sextum expensi in actu
Licentiarum.

Sexaginta tribus Doctoribus, et Decano pro
mercede emolumentorum reparibus pro
iure bursarum accipientibus singulis
semi aureum. iiij c l vj ll

Sexaginta quatuor Doctoribus, et
Decano pro iure rotuli in die Licentiarum
accipientibus singulis semi aureum. iiij c l vij ll

Summa hujus pagine
Deux cens trête deux ll treze s.

Caput

Caput septimum expensi in actu Vesperiarum.

Die Jovis 26 Junij 1586 in Vesperiis M. Symonis Pilatre, sexaginta quatuor doctoribus, decano, et duobus apparitoribus, singulis capitatim argenteum unum accipientibus. xlviij lt. xi s vj d.

Caput octavum expensi in doctoratu.

Die Martis 8 Julij 1586 in doctoratu M. Symonis Pilatre, sexaginta tribus doctoribus, et decano maiorum emolumentorum capacibus, singulis quindecim asses accipientibus. xlviij lt.

Caput nonum expensi in litibus et aliis negotiis facultatis.

M. Jacobo Leroyer procuratori facultatis in supremâ Curiâ pro sumptibus ab illo factis et prerogatis in lite facultatis contra M. Johannem Fardeau. xxxviij lt.

M. Ducoto facultatis advocato in supremâ Curiâ, cui commissa est actio ista in M. Johannem Fardeau, quia noluit accipere pecuniam, dedi facultatis nomine Codicem Theodosianum emptum. vj lt.

M. Oudet Castalleti Parisiensis commissario, qui ad postulationem decani et facultatis inquisivit in Italam quandam Empyricam, quae habitabat in suburbiis S. Germani à pratis. vj lt.

Pro decreto Prepositoris Parisiensis causis capitalibus praefecti, quo nostra facta est potestas inquirendi manus in istam Empyricam. xxxvj s.

Apparitoribus nostris, qui illam ~~cast~~ conquisierunt. vj lt.

Summa hujus pagine
Cent cinquante quattre lt sept sols six d.

Pro arresto

Pro accepto in sanctiori Consilio dato xxiij Decembris 1585 quo scholae nostrae declarantur immunes à summâ sexaginta millo aureorum eodem anno civibus Parisiensibus impositâ. vj lb. vj s.

Appalitori regio, qui dictum acceptum significavit Quaestori et Decurioni tribus Mandatinae, item et M. Codeyn munitionum urbis Quaestori. xl s.

a Ei, qui investigavit, et descripsit acceptum supremae Curiae datum die iij Augusti 1536, quo continentur leges Pharmacopeiis datae. xiiij lb. xs.

MM. Sulpitio Rigault et Egidio Heroy, pharmaciae lectoribus, qui decanum comitati sunt in Castelletum, et cum eo coram Praepositori Parisiensi interfuerunt magisterio Caroli Chastellain, cuilibet eorum dedi nummum aureum. vj lb.

M. Dammartin in Consilio Praetoriano procuratori pro sumptibus aliquot factis in lite contra eundem Chastellain. Lxx s.

Famulo eiusdem Dammartin. x s.

M. Routellier in consilio Praetoriano advocato, qui causam nostram egit contra eundem Chastellain, quia noluit accipere pecuniam, dedi codicem Theodosianum emptum. vj lb.

M. Thomae Bidet in supremâ Curiâ advocato, qui scripsit nostram conclusionem contra eundem Chastellain. vj lb.

M. de Courty ex facultatis advocato in b Castelleto Parisiensi, qui coram Praepositore Parisiensi causam nostram egit contra eundem Chastellain. xxx s.

Summa hujus paginae
Quarante cinq lb xv s.

Summa totius expensi est Huict cens cinquante tt quatorze s. xiiij d.
Itaq summa accepti superat summam expensi de Huict vint sept tt xviij s.
vj d. Quam summa in presentia D. Ellain antiquior decanus dedit D. Joanni
Riolano nunc Decano

Hae rationes de reddite sunt die sabbati xxix Novembris anni 1586
Presentibus et ratas habentibus subsignatis

Collier
Lethiry
S. Lesfeuvre
et pro dno
Du Val
Cappellus
P. Thibault
Eazin
Blanchard et pro dno Bourgeois
Prevost
Chaillou
Arragon
De Monanthueil
pro se et dno
Visrut
Delamet
Pijart
Gendrier
N. Marchant
et pro d. Grevin
[illegible]
Charon
Le moyne
Gicault
Cornuty pro dno
de la Corde
Potreau
Bogan
Duretus
Pietre
pro se
et dno Marescoto
Ellain

76
8
160

Cornuau

Denisot

P. Lasséde

n. n.

Thugourmolty

Seilot

ad pro.

domino

Hugues

Pro me et Rebours

Granoier

Leclerc

Ego qui dicto dni de Vislaimel

p[ro]tector de Nimbaldi

Marantelle

MAKAKIA

Hart m

Plautin

Bouchet

P. domino

Lann dr

Courtin

Ratio ~~recepti~~ accepti et expensi extraordinarij in [illegible] Decanatu Nicolai Allain glacisiensis a die 3 ~~[illegible]~~ 1584 ad diem 18 Novembris 1586. reddita in aedibus M. Petri Collier antiquioris magistri dic[ti]

Acceptum extraordinarium.

A M. Bonaventura Grangier nuper Decanatu functo de residuo rationum extraordinariarum, quas reddidit in aedibus M. Hieronymi de Vasador antiquioris magistri et scriptoris regii die 27 Novemb. anno 1584. — xlij lb vij s vj d

A M. Symone Pietre pro iure doctoratus. — x. iiij xx lb

~~Summa accepti extraordinarii est [illegible]~~
~~[illegible]~~

Expensum extraordinarium

M. Hieronymo de Vasador pro auditione rationum extraordinariarum M. Bonaventura Grangier die 27 Novemb. anno 1584 — iij lb

M. Petro Collier pro simili causa. — iij lb

M. Gerardo Denisot pro simili causa. — iij lb

M. Olivario de Violaine pro simili causa. — iij lb

M. Johanni Huguet pro simili causa. — iij lb

M. Nicolao Jacquart pro simili causa. — iij lb

M. Hugoni Paternostrae pro simili causa. — iij lb

M. Henrico Blacvod pro simili causa. — iij lb

M. Claudio Bazin pro simili causa. — iij lb

M. Gulielmo Cebaillou, qui M. Andream Dubreuil absentem vicem supplevit, pro simili causa. — iij lb

M. Bonaventura Grangier rationem suam extraordinariam reddenti. — iij lb

Nicolao Allain decano. — vj lb

Duobus

Duobus apparitoribus. ccc s.

Famulis domini de Vacador. ccc s.

M. Nicolao Lambert pro persolutione reliqui stipendij illi debiti pro professione medicinae in scholis in decanatu M. Bonaventurae Grangier anno 1584. cl l. t.

M. Nicolao Marchant centum et viginti libellas, scilicet triginta libellas pro persolutione reliqui stipendij illi debiti pro professione medicinae in scholis in decanatu M. Bonaventurae Grangier anno 1584 et nonaginta libellas eidem Marchant debitas pro annuo stipendio eiusdem professionis ... in festo S. Martini 1585. vj xx l. t.

Summa ... est ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Hae rationes visae ... [illegible] ... 1586

P. Collier

Denisot

Ellain

Blanchet

Cutot pro domino Huguet

Plaistre

Marescot

Gobineau

Hautin

Marion

Rerum gestarum anno primo decanatus
Joannis Riolani ambiani brevis
narratio.

Anno domini 1586 secunda novembris facultas legitime congregata observata nominandi formula quae decano Petreo fuerat introducta Joannem Riolanum nominat decanum.

Eadem die prorogata in annum sequentem medicinae professio in scholis m. Juliano Bero. Illique scribis adiungitur m. Hugo pranostrian. Pharmaceuticae interpretatio demandatur m. Anthonio de Val. Scholam profitendi ius m. Egidio Heron prorogatio.

Quodlibetariae

Eodem anno 14a novembris praefuit Quodlibetariae disputationi magister Simon Piètre respondente m. Joanne de Bonaire quo die pro more maior Bedellus Jacobus Jardeau nomina et cognomina doctorum regentium eo qui sequitur ordine publice recitavit

1 M. Petrus Collier
2 M. Gerardus Denisot
Obiit mense decembri M. Olivarius de Villaines
Obiit mense decembri 4 M. Joannes Huguet
5 M. Petrus Laffille
6 M. Guillelmus Robineau.
7 M. Ludovicus Cothy
8 M. Marcus Miron primarius regis medicus
9 M. Joannes Rochon.
10 M. Mauricius de la Corde
11 M. Joannes Liebault
12 M. Stephanus Gourmelen
13 M. Claudius Rousselet
14 M. Petrus Giroust
15 M. Albertus Le Febvre
16 M. Ludovicus Thibault
17 M. Guillelmus de la Barre
18 M. Guillelmus Cappel
19 M. Philibertus Landert
20 M. Michael Marescot
21 M. Joannes Faber medicinae regius professor
22 M. Martinus Gerard
23 M. Lazarus Thorel
24 M. Simeon Arragoy
25 M. Antonius de Val.
26 M. Henricus de Monantheuil mathematicarum artium regius professor
27 M. Martinus Akakia chirurgiae professor regius

28 M Guillelmus de Baillon
29 M Nicolaus Millot
30 M Nicolaus Allain
31 M Hugo Pranstran
32 M Henricus Blarnod
33 M Claudius Bazin
obiit sub finem mensis februarii 34 M Andreas de Breuil
35 M Joannes Martin
36 M Bonaventura Grager
37 M Bartholomeus Pelletrez
obiit augusti 12a 38 M Claudius Rebours
39 M Petrus de la Porte
40 M Jacobus Macaut
41 M Joannes Le Pescheur
42 M Gaspardus Regault
43 M Joannes Haultin
44 M Joannes Rolland decanus
45 M Joannes Beaurhesne
46 M Egidius Heron
47 M Guillelmus Lepson
48 M Franciscus de Pont
obiit augusti 18a 49 M Germanus Cornetin
50 M Nicolaus Marchant
51 M Julianus Ber
52 M Dominicus Bourgois
53 M Ludovicus Droue
54 M Claudius Fancher
55 M Joannes Coberam
56 M Philippus Hardouin de Sainct Jacques
57 M Claudius Bopin
58 M Stephanus de Fine
59 M Joannes Le Mayer
60 M Jacobus Herault
61 M Henricus Visset
62 M Gregorius Cornuh
63 M Joannes Ducer
64 M Egidius Perche

Vigesima septima novembris mr Philippus Greglotus respondit pro quodlibetaria an sit melius defendere corpus parandi disputatione praeside mr petro Caffello

Undecima decembris mr Petrus Marie disputavit pro quodlibetaria an prosit sensuum officia esse intermissa quam continua praefuit disputationi mr Joannes Hagari

Octava Januarii respondit pro quodlibetaria mr Petrus Piiart praeside mr Gerardo Denise thesis erat an facultas nutrix omni bonitati necessaria

Vigesima secunda Januarii mr Andreas mellé pro quodlibetaria respondit de hac quaestione an a viro sit mulier conferat ad generationem foetus cui praefuit mr Stephanus Collier

Vigesima nona Januarii 1587 Respondit pro Quodlibetaria mr Joannes Renou praeside mr Simone Piètre erat autem thesis conclusio: est ne homo omnium animalium morbosissimus [illegible]

Septima februarii respondit pro Quodlibetaria mr Guillelmus Fouvenier praeside mr Joanne Dureto Quaestio erat an partium corporis sit pars ad vitam necessitas

Cardinalitiae Disputationes

Vigesima sexta februarii mr Samuel De Bomarie pro cardinalitia de hac quaestione respondit Sunt ne febricitantibus pisces carnibus salubriores praeside mr Henrico Blacuod, loco mr Dominici Bourgeois absentis

Quindecima martii praeside mr Juliano Bessin respondit mr Petrus Piiart erat autem thesis an propterea quod virginum morbi periculosiores

Decima sexta aprilis 1587 Respondit mr andreas mellé praeside mr nicolao marchant, thesis erat an morbi capitis quam thoracis periculosiores

Vicesima maii mr Philippus Greglotus de hac quaestione respondit Sitne salubris applicatio phlebotomiae praeside mr Germano Courtin

Vesperiae et Doctoratus

Undecima Decembris 1586 magister Arnulphus de Lisle pro Vesperiis proposuit has quaestiones disputandas primam an aer [illegible] Alteram an [illegible] medico [illegible]. Illam Dominus Monthuisius, istam Dominus Grangier disputavit.

Idem pro Doctoratu disputavit an [illegible] medico sit [illegible]. Donatus autem fuit laurea a domino de Monthuis.

Vigesima octava Januarii 1587 disputavit pro Vesperiis magister Joannes Grangier.

Vigesima septima eiusdem mensis donatus est laurea Doctorali a Domino Akakia, tunc disputatae fuerunt hae quaestiones. An [illegible] [illegible] [illegible] dolorem. An pueris [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Vigesima sexta Februarii Vesperisatus fuit magister Antonius [illegible].

Idem Donatus est laurea Doctorali decima martii tunc disputatae fuerunt a Domino Akakia An pueris [illegible] [illegible].

Vigesima martii magister Nicolaus Jabot disputavit pro Vesperiis an post [illegible] [illegible].
Vigesima septima eiusdem mensis pro Doctoratu hanc thesim disputavit an [illegible] [illegible] [illegible].

P. [illegible]

Magister [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] mensis novembris anno Domini 1586

De Academia

Hoc anno pro more fuerunt quatuor Academiae rectores Joannes Cornoillus, Joannes Anrix, Dionysius de la Barre et Dionysius de Couvenrochen singuli ordinarias supplicationes decreverunt. Extraordinariae quoque institutae sunt aliae pro impetranda pace aliae pro coeli et regni tranquillitate. Ut enim antea unquam tanta extiterat annonae caritas atque haud scio an regnum multis bellis tam miserrime fuit afflictum. Comitia quoque mathurinensia habita sunt quamplurima, alia ordinaria et pro aperiendo et pro claudendo rotulo, alia extraordinaria exigente gratia et officiis vacantibus providente.

Mense [illegible] accidit dignum memoria casus quod Jo. Cornelius Rector primatu antecedentes statuerat in rectoratu [illegible] semestrem, ubi solet [illegible] trimestrem: sed omnium ordinum consensu rectoris [illegible] permanens in rectoris [illegible] [illegible]

Status accepti ordinarij in priori Decanatu Joannis Riolani ambiani reddita anno 1587 vigesima prima [illegible]

Caput primum.

A magistro Nicolao Ellain nuper decanatu functo ex reliquiis rationum ordinariarum reddi[t]i centum sexaginta et septem libras cum septemdecim solidis et dimidio ——— clxvij lt, xvij s vi d

A magistro Sulpitio Rigault collega nostro pro annuo spatio locationis aedium magnarum scholae finito die festo Sancti Remigii —— lxxx lt

Ab eodem pro annuo spatio locationis areae posterioris nostrarum scholarum finito die Sancti Remigii proxime elapso accepi tantum ——— xxv lt x s

A Petro Langlois diabatario qui debet quotannis quinquaginta libras pro annuo spatio domus quam habitat accepi tantum ——— xxxvij lt x s

A Richardo Chaloys coquo pro uno anno locationis alterius domus nostrae scholae finito die Sancti Remigii ——— xlv lt

A nobili femina Anna Le Cirier vidua domini [illegible] debitoris pro reditu quinque librarum anno iam finito die nativitatis domini 1586 ——— nihil

A Bertrando de Verneuil pergamenario pro annuo reditu quinquaginta solidorum anno finito die nativitatis domini 1586 — nihil

A nobili viro magistro Francisco de Vigni debitore [illegible] pro sex mensibus annui reditus centum librarum tempore iam finito die Sancti Remigii 1585 ——— l. lt

Ab eodem Do Vigni pro annuo reditu decem librarum similiter

Accepti caput secundum

A communitate tonsorum chirurgorum pro inscriptione sua solita in crastino B. Lucae ——— nihil

A [blank] tonsore et chirurgo pro suo magisterio ——— xij lt xv s vi d

A [illegible] Rivlant pro simili causa ——— xij lt xv s vi d

Caput tertium accepti pro vesperiis

A magistro Arnulpho de Lisle pro vesperiis accepi [illegible] ——— lx lt

A magistro Joanne Cronst pro simili causa tantundem ——— lx lt

A magistro Anthonio Capluano pro eadem causa tantundem ——— lx lt

A magistro Nicolao Tabot pro simili causa tantundem ——— lx lt

Primi capitis accepti summa est [illegible] septingentarum ~~[illegible]~~ quinquaginta librarum [illegible] solidorum et dimidio.

Caput ~~[illegible]~~ quartum ampli pro doctoratu

A m arnulpho de Liste pro bursis doctoratus — lx ~~[illegible]~~ lx s
Ab eodem pro sarello — lx s
A m Joanne Oronst pro bursis doctoratus — lx s
Ab eodem pro sarello — lx s
A m anthonio capluano pro bursis doctoratus — lx s
Ab eodem pro sarello — lx s
A m muraldo Jabot pro bursis doctoratus — lx s
Ab eodem pro sarello — lx s

Caput quintum ampli pro Quodlibetariis

A magistro petro picart pro disputationibus quodlibetariis — viii s viii d
Ab eodem pro stipendiis lectorum ex registro — lx s
A m Joanne Bomaire pro disputationibus quodlibetariis — viii s viii d
Ab eodem pro stipendiis lectorum ex registro — lx s
A m philippo Bregher pro disputationibus quodlibetariis — viii s viii d
Ab eodem pro stipendiis lectorum ex registro — lx s
A m petro marie pro disputationibus quodlibetariis — viii s viii d
Ab eodem pro stipendiis lectorum ex registro — lx s
A m Guillelmo fourrier pro disputationibus quodlibetariis — viii s viii d
Ab eodem pro stipendiis lectorum ex registro — lx s
A m andrea mesle pro disputationibus quodlibetariis — viii s viii d
Ab eodem pro stipendiis lectorum ex registro — lx s
A m Joanne Renoult pro disputationibus quodlibetariis — viii s viii d
Ab eodem pro stipendiis lectorum ex registro — lx s

Caput ~~sextum~~ ampli pro pastillaria

A magistro Simone Pinter ampli pro pastillaria ~~[illegible]~~ aureos ~~[illegible]~~ tredecim — [illegible] iiii s

Summa per [illegible] [illegible]
quatuorviginti decem septem [illegible]

Summa ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible]
[illegible] mil quavante sept [illegible]

Ratio expensi ordinarii

Magistro Nicolao Ellain persolvi quindecim aureos quod facultas illi debeat pro honorario quo decretatores reddidit —— lxv lt

Sexaginta quinque doctoribus et duobus bidellis, singulis eadem die numeravi quadraginta asses —— ccc iiii lt

pro quittancia — Jacobo Fardeau maiori bidello numeravi sex libras pro candelis et aliis impensis fieri solitis quo die audivit rationes decani —— vi lt

pro quittancia — Latomo qui scholarum subsellia reparavit —— xxx s

Quaestori [illegible] pro annuo reddito exacto die nativitatis domini —— nihil

Quaestori coenobii Sanctae Genovefae pro censu fundamenti debito die paschae —— xxx s iiii d

pro quittancia — Magistro Joanni Coutomp procuratori facultatis in castelleto pro honorario quod solet illi persolvi die nativitatis divi Joannis Baptistae —— c s

pro quittancia — Nicolao [illegible] minori apparitori pro candelis cereis in festo purificationis pro more distributis —— lxx lt vi s

In festo divi Lucae distribui sexaginta quatuor doctoribus et duobus bidellis singulis tapetum unum —— c l viii lt xvi s

Eodem die singulis quinque distribui unum assem —— iii lt x s

pro quittancia — Quaestori Carnuti pro annuo reddito persolvi —— c lt

Expensum aliud in refectionibus et missis facultatis

Sabbatho ultimo mensis novembris 1586 distribui sacerdotibus pro celebratis missis —— vi lt

Pro refectionibus —— l s

Sabbatho ultimo mensis decembris dedi sacerdotibus pro missis celebratis —— vii lt xvi s

Pro refectionibus —— lv s

Sabbatho ultimo mensis Januarii 1587 distribui sacerdotibus pro celebratis missis —— vi lt x s

Pro refectionibus et vino celebrandis missis necessario —— iiii lt x s

Sabbatho ultimo mensis februarii distribui sacerdotibus pro celebratis missis —— iiii lt

Pro refectionibus —— lx s

Summa expensarum huius partis [illegible]

[illegible]

Sabbatho ultimo martii sacerdotibus pro missis celebratis — vii lt s

pro responsionibus — l s

Diebus 14 et 15 Aprilis in obitu magistri Michaelis de Colonia — viii lt

Sabbatho ultimo mensis aprilis sacerdotibus pro missis celebratis — iiii lt xviii s

pro responsionibus — xxvi s

Sabbatho ultimo maii sacerdotibus pro missis celebratis — vii lt iiii s

pro responsionibus — xxvi s

Sabbatho ultimo Junii sacerdotibus pro missis celebratis — iiii lt x s

pro responsionibus — xxx s

Sabbatho ultimo octobris sacerdotibus pro missis non tantum hoc mense, sed etiam praecedentium mensium solemnibus festis celebratis — ix lt iiii s

pro responsionibus — l s

pro vino celebrandis missis necessario — iii s

Magistro Petro Collet antiquiori magistro pro responsionibus huius anni — xl s

Magistro Juliano Belet medicinae professori in schola designato pro responsionibus huius anni — xl s

Magistro Hugoni Provinceau alteri medicinae interpreti pro eadem causa — xl s

Magistro Egidio Hetoy pharmaceutices interpreti pro responsionibus huius anni — xl s

Magistro Anthonio Duval alteri pharmaceutices interpreti pro simili causa — xl s

Aliud expensum in supplicationibus Rectoris

Octava decembris 1586 in supplicatione ordinaria Jacobi Cornille Rectoris ad aedem Divi Germani sancti — vi lt

In supplicatione ordinaria Jacobi Auris ad templum sancto Germano parvum — c s

In supplicatione extraordinaria et solenni instituta 14a maii pro pace et regni tranquillitate — vi lt

In supplicatione ordinaria Dni de la Barre ad scholam Navarrae — c s

Summa huius capituli expensi quatuor [illegible]

Pro supplicatione solenni decreta pro nostri tranquillitate in summa [illegible] amore caritatis — xl st

In supplicationem ordinariam dicti [illegible] octavo octobris ad aedes sacras domus [illegible] — xl st

In supplicationem extraordinariam institutam pro victoria principis [illegible] [illegible] — xiiij lt xl st

Expensae in comitiis academiae

Decima quarta decembris 1586 dum dominus [illegible] resignavit [illegible] capellaniam de Namursi, tunc decretis [illegible] distribui — xxxvi st

Januarii decima quinta rector indixit comitia pro aperiendo rotulo ubi distribui — xxxvi st

Januarii 26 habita sunt comitia pro [illegible] [illegible] pro [illegible] tunc distribui xxxvi st

februarii vigesima septima habita sunt comitia pro claudendo rotulo ubi distribui — xxxvi st

martii die 8 habita sunt comitia pro resignatione [illegible] [illegible] tunc distribui — xxxvi st

martii 18 rector indixit comitia de [illegible] diploma impetratum a rege pro perquisitione librorum haereticorum, tunc distribui — xxxvi st

vigesima aprilis habita sunt comitia pro [illegible] [illegible] ubi distribui — xxxvi st

Junii quarta habita sunt comitia pro resignatione [illegible] cappellaniae de Namursi ubi distribui — xxxvi st

